

LUCII III PAPÆ

EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA.

De libris adhibitis vide indicem tomo CLXXIX præfixum.

ANNO 1181.

I.

Monasterii S. Petri ad Vincula Ravennatis protectionem suscepit bonaque ac jura confirmat, impo-
sito monachis duodecim monachis Papievis dena-
riorum censu annuo.

(Velitr, Sept. 28.)

[*Vide RUBEI Hist. Raven., p. 353, ubi hujus privi-*
legii mentio exstat.]

II.

Monasterii S. Mariæ Gallomontensis protectionem
suscepit possessionesque ac privilegia confirmat.

(Velitr, Oct. 14.)

[*Neustria pia, p. 873.]*

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filiis GAUFRIDO, abbati monasterii S. Mariæ de Gal-
lomonte, et ejusdem fratribus, tam præsentibus quam
futuris, regularem vitam professis, in perpetuum, etc.

Quoties a nobis petitur quod religioni et honestati
convenire dignoscitur, animo nos decet libenti con-
cedere, et potentium desideriis congruum suffragium
impertiri. Eapropter, in Domino filii dilecti, vestris

(1) *Charta fundationis.*

Quoniam rerum varietate temporumque serie
viri memoria cito dilabitur homo, ut ait Psalmista,
*sicut senum (*Psal. cii*); et ut ille pestifer zizania-*
tor charitati fidelium invidens, malitia suorum con-
gaudens, tempore reconditæ, suæque conatus invidiæ
penitus enerventur, dignum duxi ego Nicolaus de Stoevilla, adnotare et confirmare, hac in præ-
sentí Charta mea, donationes et eleemosynas, quas,
Deo auctore, consensu Roberti filii mei, et hæreditis,
dono Deo et abbatæ S. Mariæ de Gallomonte, et
monachis ibidem Deo servientibus, pro salute ani-
mæ Henrici regis, et Mathildis imperatricis filii; et pro
salute animæ meæ, et Julianæ, uxoris meæ, et Roberti,
fili mei, et aliorum filiorum meorum, et omnium antecessorum meorum.

In primis, locum et situm ipsius abbatiæ, et quid-
quid habeo terra, usque ad ripariam, et nemus
quod est ante ipsam abbatiam; et omnem terram
circa nemus, sicut clostera prætensa est, et pratum
inter nemus et vivarium meum et coria bestiarum
parci mei ad libros parandos; et in Tirondivilla
triginta tres acres terræ, quas ibi habebam de do-
mino meo; et in Rivilla, nemus meum, et totum
dominium meum; et duos hospites, cum eorum te-
nementis, scilicet Robertum Costart, et Walterum
Labrum; et ecclesiam de Logis, et ecclesiam de
Tegerville et ecclesiam de Pervilla in Anglia, eccle-
siam de Estrefled, cum eremo S. Leonardi; apud
Tristevillam, quemdam hospitem cum suo tenemen-
to, scilicet, Willelmum, filium Roses; in Gallo-
monte, duas mansuras burgensem, scilicet Gilberti

A justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium S. Mariæ de Gallomonte, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et B. Benedicti Regulam, atque institutionem Hambien-sium fratrum, in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolatiliter observetur. Præterea, quaecunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futu:um, con-cessione pontificum, largitione regum ac principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterunt adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, etc., ut in confirmatione regis Henrici Angl. (1). Deinde addit:

Sane novatum vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium

Merant et Guarini de Grinville; et mansuram Trostete de Alneto; apud Logias, quinquaginta acres terræ; in Vallibus viginti acres terræ; apud Logias, unum hospitem cum suo tenemento, scilicet Guidonem de Mara, et quædam partem nici minoris de Logis, sicut clostera prætenditur, istum meum nemus et nemus Gaufridis Assagard; et unum molendinum apud Gaufevillam, quod vocatur Flascart; apud Gallomonte, molendinum de Alneto, et dimidium molendinum de Vado, et meum pratum de Grandcamp, et decem acres terræ, apud Tigervillam, et ubicunque bestiae meæ fuerint in herbacio, et porci in pasnagio, ibidem sint et monachorum bestiæ et porci Omnes has donations, etc.

Charta confirmationis a rege Angliae.

HENRICUS, Dei gratia, rex Angliae, et dux Normaniæ, et Aquitaniæ, et comes Andegavie, archiepi-scopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justitiariis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius terræ suæ, salutem.

Sciat si me concessisse, et præsenti charta mea confirmasse Deo et abbatæ S. Mariæ de Gallomonte, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes do-nationes Ecclesiarum et terrarum, et hominum, et eleemosynarum, quæ eis rationabiliter factæ sunt, tam in rebus ecclæsiasticis quam in possessionibus mundanis, scilicet ex dono de Stoevilla, etc. ut supra, deinde addit: Ex dono Julianæ, uxoris prædicti Nicolai, in Anglia, apud Norwicum, centum so-lidos terræ, de primo maritagio suo; et ex dono Roberti de Stoevilla, filii eiusdem Nicolai, ecclæsiam de Gomerville, et ecclæsiam de Magnavilla, et

vestrorum, nullus a vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos, a seculo fugientes, liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco [professionem] fas sit, absque abbatis sui licentia, de eodem loco, nisi arcioris religionis obtutu, discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terras fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis vel interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare; in parochialibus autem ecclesiis, quas habetis, liceat vobis sacerdotes eligere, et dioecesano episcopo præsentare quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut ipsi de spiritualibus, vobis vero de temporalibus debeant respondere. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunite vero nunc te, ejusdem loci abbatem, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti Regulam providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, immuinuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conservantes, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate et dioecesani episcopi canonica justitia, et Hambiensis monasterii debita reverentia, etc.

Datum Velitræ ii Idus Octobris, indictione xv,

ecclesiam de Wimondi villa, cum altari S. Stephani; et quoddam molendinum apud Beverdam, de honore ramorum, et quidquid ad molendinum pertinet, in molta et omni re; et aquarias suas de Stotevilla, et decem et octo acres terræ in eadem villa, quas mercatus fuit de Roberto genero; et supra Gallomonte, quinquaginta acres terræ, de terra Tronquay; et ex dono Nicolai de Stotevilla, filii predicti Nicolai, quinquaginta solidatas terræ in Arvilla; et ex dono Wilhelmi de Stotavilla filii predicti Nicolai senioris, quamdam marcam terræ in Extraled; et ex dono Richardi de Stotavilla, filii predicti Nicolai senioris, quadraginta solidos annuatim, in molendino suo de Herocourt, quod vocatur Turmol; ex dono Petri de Hotot, et Julianæ uxoris suæ, molendinum suum de Caneio integre; et ex concessione Richardi de Alfay et Joannis, filii ejus, totum molendinum cum pertinentiis quod Nicolaus de Stotavilla et Julianæ uxor ejus prædictæ abbatæ dederunt; apud Gausevillam, et unum modium bladi, quod Willelmus Burdet habebat in eodem molendino, quod abbas et conventus ejusdem abbatæ tenuerunt ab ipso Guillelmo, concedente Ainfrido, filio, hæredæ suo; et ex dono ejusdem Richardi de Alfay, tringita quinque acres terræ apud Stigl; pro reliquo quod

A *Incarnationis Dominicæ anno 1181, pontificatus domini Lucii III. pap. ann. 1:*

III.

Ecclesiam Luensem tuendam suscipit ejusque possessiones et privilegia confirmat.

(Laterani, Nov. 12.)

[*Memorie per servire all' istoria di Lucca, II, n. 194.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Guillelmo, Lucano episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

B Ordo juris expostulat, ut ab officio nostro non credatur alienum, ut Ecclesiam tibi commissam tanto serventius diligamus et intendamus propensius ejus prosecutibus, et augmentis, quantum et ratione patriæ, et consideratione beneficii, quod ab ipsa receperimus, nos ei recognoscamus amplius debitores. Dignum est siquidem ut cum in eadem ecclesia Baptismatis gratiam receperimus, ei et sua jura speciali quadam sollicitudine conservemus, et, ut futuris temporibus a pravorum incursibus quieta consistat, apostolicum patrocinium impendamus. Eapropter, venerabilis in Christo frater episcope horum quæ diximus et tuæ consideratione devotionis inducti, suscipimus. Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis recordationis Alexandri II, Paschalis II, et... Urbani II Romanorura pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus,... scripti privilegio... statuentes, ut quascunque possessiones... bona eadem ecclesia in præsenti... possidere.

C pertinere videntur. Iliis adjungimus plebem, et curtem de Marlia, cum ecclesia Sancti Terentii, et cum omnibus mansis et terris, atque omni pertinencia sua. Duo quoque castella de Moriano, cum omnibus pertinentiis et adjacentiis suis, sicut... visse noscimus. Et terram quæ dicitur Cerbajola;

mater ejus dederat prædictæ abbatiæ; et ex dono Reginaldi de Gerponvilla, unum modium bladi in molendino suo de Hamel; et unam sonam fumenti apud Clivillam, secundum quod in charta sua continetur, annuatim recipiendam; et ex dono Roberti Affargart, et Gaufridi filii ejus, unum modium bladi, annuatim in molendino de Noet, et decein acres terræ ad Logias; et apud Haquavillam, mansuram Goscae carpentarii integre; et ex dono Matthæi de Gerarvilla, et Willelmi filii sui, dimidiam pesiam salis annuatim sumendum de proprio granario ipsius. Et ex dono Walteri de Castrillion, quatuor acres terræ, et dimidiam ad calceatum Goufredivillæ, et decem septem carteria avenæ, et quatuor capones in duobus hospitibus terræ suæ de foresta; et decimam totius terre et redditus quam acquireret; et ex dono Willelmi de Canovilla, dimidium modium bladi in molendino suo, in riparia sua de Witeflend, annuatim habendi; et ex dono Walteri de Arsay, et patricie, uxoris suæ, et Willelmi filii sui, ecclesiam de Devilla; et ex dono Richardi Tallehot et Amicie uxoris ejus, et Hugonis, et Willelmi, illorum suorum, unum modium avenæ, apud Belvayam in mansura Hugonis filii Jefrey Larduin, quain tenet in canuta silva. Quare volo et firmiter præcipio, etc.

D

castrum etiam quod dicitur Fundanum cum omnibus pertinentiis suis; neenon castrum de Decimo, et plebem... cum omnibus que ad eam pertinent. Plebem etiam... et terram de Cérignana, et castrum et curte de Verrucla, que est in Alpibus. Decim... quoque de Verrucla, que est juxta Bojanum... connumeramus plebem, et castrum, et curtem Sancte Marie que dicitur ad Montem, cum omni pertinentia sua; et terram de Vico qui dicitur...; castrum et curtem Sancti Gervasii, cum omnibus que ad eam pertinent. Plebem de Ficeclo, cum capellis suis. Capellam Sancti Viti de Valle... (Arni)...; plebem de Appiano cum omnibus capellis suis. Curtem de Camuliano cum pertinentiis... plebem ibidem, cum omnibus capellis suis; plebem de Gello cum omnibus capellis suis; plebem de Triano cum omnibus capellis suis; plebem de Aquis cum omnibus capellis suis; castrum Montis de Castello cum omnibus pertinentiis suis; plebem Saucti Stephani cum omnibus capellis suis.

Præterea prædecessoris nostri p[re]i memorie Caixti pape vestigis inherentes, tibi tuisque successoribus usum pallii infra missarum solemnia in ecclesia tua de apostolica sedis benignitate concedimus, quo duntaxat his diebus utamini, quibus est vobis a prædecessoribus nostris indulsum.

Insuper etiam auctoritate... ne in episcopatu tuo sine assensu tuo, vel successorum tuorum, monasterium aliquod vel ecclesia, salvis... privilegiis constituantur. Catechumeni infirmorum unctiones in populo a monachis fieri, vel publicas penitentias dari, sime tua vel successorum tuorum permissione velamus.

Si vero ad monasteri... ipsius populo pro divini officii susceptione convenerit, per capellanum presbyterum, cui ab episcopo populi regimen et animarum cura commissa fuerit, sacramenta eadem... salvis tamen rationabilibus consuetudinibus... ecclesiarum. De parochialibus autem ecclesiis, que a monachis in tuo episcopatu tenentur, synodalem beatæ memorie Urbani pape sententiam imitantes statuimus, ut in eis sine tua vel prædecessorum [successorum] tuorum auctoritate, presbyterum minime collecent; sed cum vacaverint, vobis et abbatibus et prioribus, ad quos eadem ecclesia pertinent, presententur, quibus a vobis animarum cura, si idonei fuerint, committatur, ita quidem ut..., de cura plebis et ordine suo debeant respondere: Porro si Lucanæ parochia vel monasteria, vel ecclesiæ inter se causas habuerint, et... ad episcopum querela pervenerit, ejus judicio controversia..., salva Romana Ecclesiæ auctoritate. Illud quoque... constituimus ne quis excommunicatos vel interdictos Lucani episcopi in prohibitam... recipiendi habeat facultatem.

Ad hæc præsentí scripto sancimus, ut Lucanus episcopus non quorumlibet violentia laicorum, sed juxta canonum sanctiones ab Ecclesiæ canonicis eligatur. Tibi præterea tuisque successoribus ea,

A que de concessione vel confirmatione prædecessorum nostrorum Alexandri II et Paschalii II, Romanorum pontificum.... nihilominus confirmamus. Sententiam autem inter prædecessorem tuum, et Ficeclensem abbatem per Ildebrandum, quondam Pistoriensem episcopum, Argentum archipresbyterum, et R. primicerium... super decimis, ecclesiis et aliis rationabiliter dataum, sicut in instrumento publico continetur, et hactenus observata est, futuris... temporibus observari. Renuntiationem quoque, quam fecit Bulgarus comes de Ficecciu Joanni prædecessori tuo de quibusdam possessionibus et ecclesiis, sicut publicum Gerardi notarii continet instrumentum, in posterum habere (valere) decernimus. Canonicas quoque consuetudines, quas in ecclesiis parochialibus monachorum, et in aliis episcopatus tam in recipiendis synodalibus, tam in aliis ab antiquo... adhuc habere dignosceris, ratas habemus, easque auctoritate apostolica confirmamus.

Ob reverentiam insuper Ecclesiæ tibi commissæ, tuis et canonicorum tuorum, nec non etiam cleri, consulum et populi tuæ civitati precibus inclinati, usum crucis per episcopatum tuum, tibi tuisque successoribus de consilio fratrum nostrorum cedemus, et apostolica auctoritate firmamus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino homini liceat prælibatam Ecclesiæ temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare.... integra conserventur eorum pro quorum... concessa sunt usibus omnib[us] prosutura, salva sedis apostolicæ auctoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisque persona, etc.

Ego Lucius, catholica Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodorus, Portuensis et Sancte Rufinae sedis episcopus.

Ego Paulus, Prænestinus episcopus.

Ego Jacobus, Sancte Mariæ in Cosmidia diacard.

Ego Rainieri, diac. card. Sancti Gregorii ad Velum Aureum.

Ego Petrus, titulo Sanctæ... presbyter card.

Ego Gratianus, SS. Cosmæ et Domiani diac. card.

Ego Vivianus, presb. card. Ut, Saucti Stephani in Celio Monte.

Ego Rainierius, diac. card. Sancti Adriani.

Ego Cynthius, presb. card. tit. Sanctæ Cæcilie.

Ego Matthæus, Sancte Mariæ Novæ diac. card.

Datum Laterani, per manum Alberti sancte Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, in Idus Novembriis, indictiope xv, Incarnationis Dominicæ anno 1181; pontificatus vero domini Læsil anno primo.

IV.

P[hilippe], archiepiscopo [Coloniensi], significat se præposito Bonnensi mandasse ut comitem Sainctu-

sem, si illata monasterio Siegburgensi damna non A compensasset, excommunicatione afficeret.

(Laterani, Nov. 1.)

[LACOMBLET, *Urkund.*, I, 341.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri P. archiepiscopo et dilectis filiis, capitulo Coloniensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Pro quibusdam injuriis quas nobilis vir comes de Seina Siberiensi monasterio intulit, et castro quod in allodio suo construxit, dilecto filio nostro Bonnensi præposito dedimus in mandatis ut, si prædictus comes commissa prædicta non emendaverit, eum et castrum inhabitantes, exceptis parvulis et mulieribus, non differat excommunicatio- nis vinculo innodare. Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta mandamus, quatenus cum præpositus sententiam in comitem et alios prædictos propter hoc tulerit, per totam diœcesim vestram faciat is inviolabiliter, donec se correxerint, observari.

Data Laterani Idus Novembri.

V.

Privilégium pro abbatia Sanctæ Mariæ Suessionensi.

(Laterani, Nov. 16.)

[D. GERMAIN, *Hist. de N.-D. de Soissons*, 443.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo filiæ abbatissæ Sanctæ Mariæ Suessionensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Significasti nobis quod Mathildis quondam abbatissa, dum viveret in ecclesia Beati Petri, quatuor præbendas, antequam vacarent, quibusdam clericis pro sua voluntate promisit, quarum nullas priusquam decedere assignavit. Propter quod illi quibus hujusmodi facta fuit promissio, monasterium tuum fatigare irrationaliter non desistunt. Quia vero tales promissiones sacrum concilium Lateranense condemnauit, ne quis desiderare mortem proximi videatur, nos te a monasterio ipsum ab hujusmodi promissionibus de sedis apostolicae benignitate absolvimus, districtius inhibentes ne aliquis te aut monasterium tuum super hoc aliqua ratione molestet. Ad hæc volentes tibi cum sororibus tuis utiliter providere, auctoritate præsentium iuhibemus ne is qui in majori ecclesia præbendam habuerit, in vestra de cætero aliquatenus admittatur, nec præbendæ, donec vacaverint, alicui promittatur.

Datum Lateran., xvi Kal. Decembris.

VI.

Monasteriu. Siegburgense tuendum suscipit et ejus bona juraque confirmat.

(Romæ ap. S. Petrum, Nov. 18.)

[LACOMBLET, *Urkund.*, I, 337.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GERARDO, abbat monasterii quod in monte Sieberg situm est ejusque fratribus tum præsentibus quam futuris regularem vitam professis in vereturum.

Quoties a nobis petitur quod religioni et hope stati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et potentium desideriis congruum imperi tiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, nostris justis postulationibus clementer annuimus et felicis recordationis prædecessoris nostri Innocentii papæ vestigis inherentes, præfatum monasterium S. Michaelis archangeli quod in monte Sieberg situm est, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam in Achara totam et eam quæ est in Hanefæ totam; in Pleysa inferiore ecclesiam et in superiori ecclesiam; in Bercheim ecclesiam. Item quod habetis in ecclesia de Geisteinghen, in ecclesia de Mendene, in ecclesia de Hare, in ecclesia de Olma et in ecclesia de Strala; ecclesiam in Wizéncirken. Supradictas vero ecclesias ab omni censu et exactione cum decimis liberis vobis auctoritate apostolica confirmamus, quemadmodum ab Annonæ, bonæ memorie Coloniensi archiepiscopo, et successoribus ejus monasterio vestro canonice concessæ et eorum scriptis confirmatæ noscuntur. Præterea cellas et prædia ad jus istius monasterii pertinentia, vobis nihilominus confirmamus. Cellam videlicet in Pleysa, cellam Hirzenove, cellam in Rimage, cellam in Thidrode, cellam in Zulpiaco, cellam in Millen, cellam in Furstenberge juxta Xancensem ecclesiam et cellam in Stokheim cum omnibus earam pertinentiis. Idem prædium in Hanefæ, cum decimis et cæteris appendiciis quæ a canonicis Bunnensibus data in eorum et ecclesiæ usus custodia Bunnæ, ecclesia vestra per concambium accepit. Villam Mandene, quam a præposito et canonicis matris ecclesiæ data per concambium in Badelecca decimatione suscepit. Loca etiam vestra, id est Achera; item Achera, Strala, Gestingen, Ezra, Mandene, Aschemere, Gulsa, cum decimis terra Salicæ, sive labore vestro, sive per colonos vestros elaborata fuerit. Leia, Bettendorp, Ulma, Muffendorp, Flattena, Pirna, Venheim, Kerchich, Sulze, Meimendorp, Dorendorp, Mulindorp, Irmindiroth, Hofstede, Anrusle, Lwesberg, Quintinachin, Edelenkirchen, Hunnefe, villam Hirzenowin quam Henricus quartus rex eidem cœnobio tradidit. Decimas ejusdem villa; item prædia in Hanepha, in Wedowo, in Tevirnich, in Henæna, in Nistre, in Rupretherode, in Bratb, in Ocherode, in Winkinberg, in Alpach; decimam in Fleisterscorzzim; decimam in Wizukirchen;

decimam in Hanepha, decimam in Brathoazzim. In Kerich beneficium pretio receptum. In Flattina beneficium berradi pretio receptum. Similiter Duddingin, in Uakilbach, in Brubach, in Cricheadorp, in Walerdop, in Geislere. Mansum in Wesnich, mansum in Kesseach. Duas partes vinearum in Brubach, quod dedit vobis comes Thuringiae Ludewicus pro anima matris sua Gunegunde. Prædium in Vennehusen, in Spele, in Wolpinrode, in Godinouin, in Auvich, in Dalehusin, in Reginsagen. Prædium in Hanepha, a fratribus de Werdina per concambium acceptum. Prædium in Ulpich, quod Walterus de Roulant et uxor ejus Voda vobis contulerunt. Item decimas in Ghimminich. Decimas in Geseche, quæ a diecesanis episcopis canonice sunt collata. Donationem quoque decanæ absolutam in qua mons ipse situs est, sicut ab archiepiscopia Coloniensis vestro monasterio rationabiliter est collata. Sane advocatis quibus pro tempore monasterii advocatio commissa fuerit, interdicimus ne aliunde advocatione constituent, neque de rebus ad sua stipendia conferendis, neque de his quæ pro justitiis peraolyuntur, amplius exigant, quam Antonis archiepiscopi deliberatione constat esse præsum. Decernimus ergo, etc.

Ego Lucius, catholice Ecclesie episcopus.

Ego Theodinus, Portuensis et S. Rufinæ sedis episcopus.

Ego Paulus, Prænestinus episcopus

Ego Petrus, tit. S. Susannæ presbyter cardinalis.

Ego Jacintus, diaconus cardinalis S. Mariæ in Cosmydyn.

Ego Gratianus, SS. Cosmæ et Diamani diaconus cardinalis.

Ego Matthæus, S. Mariæ Novæ diaconus cardinalis.

Data Romæ apud Sanctum Petrum, per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, xiv Kal. Decembris, iudictione xiv, Incarnationis Dominicæ anno 1181, pontificatus vero domini Lucii anno 1.

VII.

Monasterii S. Petri Corretonis, diaecesis Volaterranae, protectionem suscipit bonaue ac privilegia confirmat.

(Romæ ap. S. Petrum, Nov. 26.)

[MITTARELLI, Annal. Camaldul., IV, App. p. 402.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Mauro, abbati monasterii Sancti Petri de Cerreto, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Quoties a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impetrari. Eapropter, dilecti in Domino filii,

A vestris justis postulationibus clementer assuimus, et præstatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et Beati Benedicti Regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis temporibus ibidem inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu alii justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successori bus et illibata permaneant. In quibus hæc duximus

B propriis exprimenda vocabulis : locum ipsum in quo præscriptum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Salvatoris de Funeto cum omnibus pertinentiis suis. Decimam præterea agriculturæ vestræ, sicut a quadraginta retro annis inconcusse tenuistis, et hactenus possidetis, nihilominus vobis auctoritate apostolica confirmamus, ita videlicet ut nulli, nisi hospitali vestro, dare cogamini. Liceat quoque vobis clericos et laicos, e sæculo fugientes liberos et absoltos, absque alicujus contradictione ad conversionem recipere et in vestro monasterio retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis januis clausis, campanis non pulsatis, exclusis excommunicatis et interdictis, submissa voce divina officia celebrare. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia illibata et integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, etc.

ADJUVA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER, SANCTUS PETRUS,
SANCTUS PAULUS, LUCIUS PP. III.

Ego Lucius, catholice Ecclesie episcopus.

Ego Theod. Portuensis et Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Petrus, presb. cardinalis tit. Sanctæ Susannæ.

Ego Vivianus, presbyt. card. titulo Sancti Stephani in Cœlio Monte.

Ego Hugo, presbyt. card. tit. S. Clementis.

Ego Arduinus, tit. S. Crucis in Jerusalem presb. card.

Ego Matthæus, presb. cardinalis tit. Sancti Marcelli.

Ego Laborans, presb. card. Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Hyacinthus, diae. card. Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Rainerus, diae. card. tit. Sancti Georgii ad Volum Aureum.

Ego Rainerus, diae. card. S. Adriani.

Ego Matthæus, diae. card. S. Mariæ Novæ.

(*Locus † signi.*)

Datum Romæ apud S. Petrum per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presb. card. et cancell., vi Kal. Decembris, indict. xv, Incarnationis Dominicæ anno 1181, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno 1.

VIII.

Bulla pro fratribus Hierosolymitani Hospitalis.

(Romæ, ap. S. Petrum, Nov. 29.)

[*Priviléges de Saint-Jean de Jérusalem*, p. 87.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, presbyteris et aliis ecclesiarum prælatis, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Audivimus et audientes mirati sumus, quod cum dilectis filiis nostris fratribus Hierosolymitani hospitalis a patribus et prædecessoribus nostris concessum sit, et a nobis ipsis postmodum indulustum et confirmatum ut de laboribus quos propriis manibus et sumptibus excolunt nemini decimas solvere tencantur. Quidam ab eis contra indulgentiam sedis apostolicæ decimas exigere et extorquere præsumunt, et prava atque sinistra interpretatione apostolicorum privilegiorum capitulum pervertentes asserunt de novalibus debere intelligi, ubi noscitur de laboribus esse inscriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus qui recte sapiunt, interpretationem hujusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam, cum secundum illud capitulum a solutione decimarum tam de terris illis quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam de terris etiam cultis quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, liberi sint penitus et immunes, ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel quomodo libet ipsoes contra justitiam molestandi, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus et mandando præcipimus quatenus omnibus parochianis restris auctoritate nostra prohiberi curætis, ne a memoratis fratribus de novalibus vel de aliis terris quas propriis manibus et sumptibus excolunt, seu de nutrimentis animalium nullatenus decimas aut etiam primitias præsumant exigere, vel quomodo libet extorquere; nam si de novalibus vellemus tantum intelligi ubi ponimus de laboribus, de novalibus ponemus, sicut in privilegiis quorundam aliorum apponimus. Quia vero, non est conveniens vel honestum ut contra instituta sedis apostolicæ veniant quæ obtinere debent inviolabilem firmatatem, mandamus vobis firmiterque præcipimus, si

A qui canonici, clerici, monachi vel laici contra privilegia sedis apostolicæ prædictos fratres decimarum exactione gravaverint, canonicos clericos sive monachos, contradictione, appellatione, dilatione cessante, ab officio suspendatis; laicos autem excommunicationis sententia percellatis et tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciat usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Ad hoc præsentium vobis auctoritate præcipiendo mandamus quatenus, si quis in prædictos fratres manus violentas injecerit, eum accusis candelis publice excommunicatum denuntiet et faciat ab omnibus, ut excommunicatum, cautius evitari donec congrue satisfaciat prædictis fratribus, cum litteris dioecesani episcopi, rei veritatem continentibus, apostolico se conspectui representet.

B Datum Romæ apud Sanctum Petrum, iii Kalendas Decembris.

IX.

Archipresbytero et canonicis Ecclesiæ Licensis significat priorem S. Fridiani privilegiorum confirmatorum causa ad sese venisse. Affirmat se earum jura tuiturum.

(Romæ ap. S. Petrum, Nov.-Dec.)

[BALUZ., *Miscell.* ed. MANSI, IV, 596.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis archipresbytero et canonicis Lucanæ Ecclesia, salutem et apostolicam benedictionem.

C Litteras vestras ea qua debuimus benignitate suscepimus, et ex earum tenore perceperimus quod dilecti filii nostri, prior et canonici S. Fridiani, litteris, quas pro vobis misimus, sicut decuit minime responderunt, sed infra statutum terminum prior iter arripuit ad sedem apostolicam veniendo: ideoque instantius postulatis voluntatem nostram vobis quantocius intimari. Vobis igitur litteris præsentibus innotescat quod volumus, pro ultraque parte, ut juxta vos et eos negotium concordia vel judicio finiatur: quod si forte nequeritur, necessario ad sedem apostolicam referetur. Priorem vero noviris pro renovandis privilegiis suis et negotiis, scilicet S. Salvatoris de Ficarolo et quibusdam aliis quæ ad vos non pertinent, nostro se conspectui præsentasse; sed nec fecit nec faciet, auctore Domino, unde juri vestro præjudicium generetur. Nos enim, quantum potuimus, salva honestate, justitiam vestram pro nostro curabimus officio conservare. Non autem mirandum est vobis de fratribus qui privilegio vestro subscribere noluerunt, quia confirmari non solet alicui quod ab eo minime possidetur. Unde noviris dilectum filium nostrum D. contra voluntatem et consilium nostrum ad innovandum ipsum privilegium laborasse. Sed ne videremus negare velle quod vel quoquomodo possemus vobis concedere, quantum in nobis fuit, ejus acquevimus voluntati.

D Data Romæ, apud Sanctum Petrum.

X.

Privilegium pro parthenone Sancti Hilarii.

(Laterani, Dec. 29.)

[*LAM., Eccles. Florent. Monum.*, I, 202.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus CAPITIVICO, abbatissæ monasterii S. Hilarii in episcopatu Fesulano siti, ejusque sororibus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Prudentibus virginibus, quæ sub habitu religiosis accensis lampadibus per operæ sanctitatis jugiter se præparant i.e. obviam Sponso (*Math. xxv.*), sedes apostolica debet præsidium impertiri, ne forte cujuslibet temeritat's incursus aut eas a proposito revocet aut robur (quod absit!) saceræ religionis infringat. Eapropter, dilecta in Christo filia, vestris justis postulationibus clementer annuius, et prædecessorum nostrorum fel. record. Alexandri, Cœlestini, Eugenii et Adriani, Romanorum pontificum, vestigiis inharentes, præfatum monasterium S. Hilarii in episcopatu Fesulano situm, in quo divino estis obsequio mancipatæ, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communipimus, statuentes ut quascunque possessions, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis et his quæ vobis successerint et illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium S. Gorgonii cum pertinentiis suis, monasterium S. Gregorii cum pertinentiis suis; quod est positum iuxta Bononiae civitatem, ecclesiam S. Mariæ de Agnano cum pertinentiis suis; ecclesiam S. Martini de Musignano cum pertinentiis suis; ecclesiam S. Stephani de Pitiana cum pertinentiis suis; ecclesiam, quæ est in castro S. Hilarii cum pertinentiis suis; ecclesiam S. Mariæ, quæ est intra castrum et monasterium cum pertinentiis suis; castrum S. Hilarii cum omnibus pertinentiis suis; castrum de Remulo cum pertinentiis suis. Reditus quoque, jura patronatus, et rationabiles et antiquas consuetudines quas habetis in monasterio, in Valleumbrosa vobis nihilominus confirmamus. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere præsumat. Liceat vobis feminas, e sacculo fugientes liberas et absolutas, ad conversionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. In parochialibus autem ecclesiis quas habetis, liceat vobis sacerdotes eligere et diœcesano episcopo præsentare quibus, si idonei fuerint, episcopus

A animarum curam committat, ut ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeat respondere.

Prædecessoris nostri Adriani papæ vestigiis inharentes, ipsum monasterium in codem statu e: religione, sanctimonialium videlicet seminarum, quotidie in religione proficiens, sicut ab exordio sui statutum est, perpetuo manere sancimus. Novas autem consuetudines, vel exactiones vobis, vel ecclesiis, aut hominibus vestris, imponi auctoritate apostolica prohibemus. Baptismus quoque, sicut est antiquitus consuetum, ita semper in ecclesia vestra, omni cuiuslibet personæ contradictione cessante, suo tempore celebretur. Prohibemus insuper ut nullus ejusdem cœnobii vicecomitatum sibi audeat usurpare, sed liceat abbatissæ, quæ pro tempore ipsi monasterio præsuerit, communicatio totius capituli sui consilio, idem officium dare, e: culpa vel alia manifesta causa rationabili exigente, auferre. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diœcesano suscipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, et ea vobis gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere. Septem lituram prætres monasterii vestri liberam esse decernimus, et eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic speliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Obeunte vero te, tunc ejusdem loci abbatissa vel earum qualibet quæ tibi successerint, nulla ibi cujuslibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et Beati Benedicti Regulam, providerint eligendam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, etc.

Ego Lucius, catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Theodinus, Portuensis, et S. Rufus episcopus.

Ego Petrus, tituli S. Susannæ presbyter cardinalis

Ego Vivianus, presbyter cardinalis tituli S. Stephani in Cœlio Monte.

Ego Cynthus, presbyter cardinalis tituli S. Caecilie.

Ego Ugo, tituli S. Clementis presbyter cardinalis.

Ego Ardricus, presbyter cardinalis tituli S. Cru-

cis in Jerusalem.

Ego Matthæus, tituli S. Marcelli presbyter cardi-

nalis.

Ego Hyacinthus, diaconus cardinalis S. Mariae in

Cosmedin.

Ego Rainierius, diaconus cardinalis S. Adriani.

Ego Matthæus, S. Mariae Novæ diaconus cardi-

nalis.

Datum Laterani per manum Alberti S. R. E. pre-

abysteri cardinalis et cancellarii, iv Kalendas Ja-

nuariorum, indictione xv, Incarnationis Dominicæ anno

1181, pontificatus vero D. Lucii pp. III anno 1.

XI.

Ad clerum Teutonicum.

(Laterani, Dec. 29.)

[LE PAIGE Bibliotheca Præmonst. ordinis, p. 634.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per regnum Teutonicum constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quæ a viris ecclesiasticis pro conservatione religionis et ordinis in Ecclesia Dei rationabiliter statuantur, firma volumus et illibata persistere, ne, si temeritate cuiuslibet fuerint vacuata, vigor disciplinae depereat et grave periculum proveniat animarum. Sane cum ab antiquo in ordine Præmonstratensi fuerit institutum ut abbates et præpositi annis singulis ad generale capitulum debeat convenire, quidam, occasione præteriti schismatis vocali, convenire detrectant, mandatum abbatis Præmonstratensis et apostoli culminis contenentes. Quocirca universitatì vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus, si qui vestræ jurisdictioni subjecti a memorato abbatte ad capitulum evocati accedere recusaverint, nisi de majoris abbatis fuerit eis provisione remissum, aut alia rationabili et necessaria causa eos reddiderit excusatos, sententiam quam in eos propter hoc tulerit servetus et faciat usque ad dignam satisfactionem inviolabili observari.

Datum Laterani iv Kalendas Januarii, anno Domini 1181.

XII.

Canuto regi, Sueciæ, Egidium episcopum Arusiensem commendat.

(Laterani, Dec. 30.)

[HILJEGREN Diplomatar. Suec., t. I, p. 117.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, CANUTO, illustri regi Sueciæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Ecce, juxta precum tuarum instantiam ac promissionem nostram, mittimus ad te dilectum filium nostrum Egidium, quem consecimus episcopum Arusiensem, hunc illiani demortui, virum utique pium, prudentem et honestate conspicuum, nobisque inter alios fratres nostros, suis exigenti-

A bus meritis, specialiter charum, concesso sibi plene episcopatus officio per diœcesim Arusiensem, quæ tuæ nunc jurisdictioni existit, ut eradicet paganismum, extirpet nociva, plantet Christianismum et similia salutaria, prout quæque, secundum datum sibi a Deo prudentiam, viderit facienda et emitenda. Rogamus igitur regiam celsitudinem tuam, quatenus ipsum, imo versus nos in ipso recipias, alacriter et honorifice tristes, et a subditis tuis omnibus, præsertim insuper nominata diœcesi habitantibus, ei facias dignam honorificentiam exhiberi, ut devotio quam te ad apostolicam sedem babere confidimus, clareat in effectu, et nos ac fratres nostri, per hoc merito in tua charitate crescamus, idemque episcopus Egidius, cujus sacra-tissimo officio animarum noster summus episcopus, Deus benedicat, qui per se et suos, grata sibi poterit vicissitudine despondere ad tuam dilectionem, perpetuis temporibus obligetur.

B Datum L.... iii Kalend. Januar. pontificatus nostri anno secundo (2).

XIII.

Privilegium pro ecclesia SS. Crispini et Crispiniani de Cavea Suessionensi.

[Gall. Christ. nov., X. Instr., 126.]

C Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus filii THEOBALDO abbati ecclesiae SS. Crispini et Crispiniani de Cavea Suessionensis, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter vivam professis in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo exigit rationis, præsertim quando potentium voluntatem et pietas adjuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfamat ecclesiam sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani de Cavea Suessionensi, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Domini et B. Augustini Regulam in eadem ecclesia institutus dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabili observeatur. Præterea quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia imprese-niarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firmè vobis etsisque successoribus et illibata permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocibus.

Locum ipsum in quo præfata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis; quidquid Paganus miles de Cella dedit vobis in cleemosy..am in Bello-monte, uxore sua Ermentrudi et filiis suis, et Re-

(2) Verba pontificatus nostri anno ii putem aliena manu addita esse. JAFFE.

naldo milite de Guni, de cuius feodo erat, concedentibus, tam in terragio quam in vinagio, et in censu et in aliis; vineam vestram quæ adjacet predicto loco; quidquid Odo miles de Chrosoni possidebat apud Mont-Nantoil, quod dedit vobis in eleemosynam pro Maria filia sua ejusdem ecclesiæ conversa, filii suis concedentibus, tam in vinagio quam in censu, et unum modium vini quem Tesso dedit prædictæ ecclesiæ in eleemosynam in eadem villa; culturam de Sancti in villa sancti Audioeni salvo terragio et decima ejusdem ecclesiæ; quidquid Dudo Lombardus possidebat in Nova villa, quod dedit ecclesiæ vestræ in eleemosynam pro quatuor modiis annonæ annuatim solvendis, tam in justitia quam in terragio, et in aliis; terram quam dedit vobis in eleemosynam Fredessendis, filia Oldonis militis de Ponte Sancti Medardi in Valrain, Warnero marito suo et filiis ejus concedentibus; decimam culturæ Lisiardi militis de Virzi, quæ est apud antiquam villam; decimam terræ vestræ apud Lorval, parochiam de Nancel, cum decima ecclesiæ; vineam de Bordain quam dedit vobis Berengerus Pincerna et soror ejus Ascelina; terram de Beneroles quam dedit vobis Radulfus filius Engelberti Faucillons et soror ejus in eleemosynam sine ulla redemptione, concedente Gerardo de Cherisi de cuius feodo erat, decimam de Loiri; tres solidos census et novem nummos, et unum obolum, et terram quam dedit Bartholomæus miles de Fessoma apud Valresis ecclesiæ vestræ in eleemosynam; quidquid juris habetis in altare de Chaveigni, unum modium vini et dimidium, quem dedit vobis Radulfus Renel in vinagiis suis apud Billi, in eleemosynam; et unum modium vini quem dedit ecclesiæ vestræ in eleemosynam filius Renaldi de Vassen de vinagiis suis apud Chuisi. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere presumat; licet quoque vobis clericos vel laicos a sæculo fugientes, liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum potest factam in eodem loco professionem fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu discedere: discedentem vero absque communi litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte vel excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbatte, vel tuorum qualibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu

A violentia præponatur, nisi quem fratres communis consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Augustini Regulam præderint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia, et Arroensis ecclesiæ debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, etc.

In carnationis Dominicæ anno 1181, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno primo.

XIV.

Privilegium pro abbatia Sancti Germani Parisiensis.

[Bouilla:t, *Hist. de l'abbaye de Saint-Germain des Prés*, Preuv., p. 48.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus filius Hucori abbatii Sancti Germani Parisiensis, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

In eminenti beati Petri cathedra ad hoc sumus, licet immeriti, disponeamus Domino constituti, ut iustas petitiones debeamus libenter admittere, et eis studeamus affectum utillem indulgere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium Beati Germani de Pratis, in quo divino estis mancipati obsequio, quod proprie beati Petri juris existit, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memoriae Paschalis, Innocentii, Lucii, Eugenii, Anastasii, Adriani et Alexandri, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonicæ possidet, aut in futurum concessionem pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Per præsentis itaque privilegii paginam vobis vestrisque successoribus in perpetuum confirmamus, ut quæcunque libertas, quæcunque dignitas privilegio beati Germani, scriptis Childeberti, Clotarii atque aliorum regum Francorum vestro monasterio collata est, permaneat illibata. Præcipimus autem ut chrisma, oleum sanctum, consecrationes, ordinationes et quæcunque vobis ex pontificali sunt ministerio necessaria, a nullo catholicò episcopo vobis vestrisque successoribus denegetur. Sane missas, ordinationes, stationes ab omni episcopo vel clero Parisiensis Ecclesiæ in eodem monasterio præter voluntatem abbatis vel congregationis fieri prohibemus, nec habeant potestatem ibi aliquid imperandi, sed nec divina ipsis officia interdicere, nec excommunicari.

care, nec ad synodum vocare abbatem aut monachos, presbyteros aut clericos ecclesiarum ipsius loci facultatem damus.

Adjicimus etiam ut in parochialibus ecclesiis quas extra burgum Beati Germani tenetis, presbyteri per vos eligantur et episcopo præsententur: quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum curam committet, ut ei de plebis cura, de rebus vero temporalibus ad monasterium pertinentibus vobis respondeant. Quod si forte facere noluerint, subtrahendi eis temporalia quae a vobis tenent liberam habeatis auctoritate apostolica facultatem. Omnis autem abbas, dilecte in Domino fili Hugo, qui post te a congregatione commissi tibi cœnobii secundum Regulam Beati Benedicti electus fuerit a Romano pontifice vel a quo maluerit catholico episcopo, gratiam et communionem apostolicæ sedis habente, benedictionem accipiat. Auctoritate etiam apostolica statuimus, et vobis de consueta clementia et lenitate sedis apostolicæ indulgenus, ut nullius legationi nisi a latere Romani pontificis specialiter fuerit delegatus, subjacere vel subesse modo debeatis, nec alicui licet, obtentu legationis ab apostolica sibi sede indulxit, vos, et successores vestros, seu monasterium vestrum, vel ecclesia, que infra burgum Beati Germani sunt, ulla interdicti vel excommunicationis sententia prægravare vel super vos, aut super jani dictas ecclesias jurisdictionem aliquam exercere, nisi specialiter hoc fuerit a Romano pontifice illi mandatum. Præterea cum Senonensis archiepiscopus quasdam ecclesias, quas in ejus episcopatu habetis, cum eo numero personarum et equitaturarum, tempore jam dicti prædecessoris nostri Alexandri, visitare solitus fuerit, ut ejus esset visitatio plurimum ipsi Ecclesiis onerosa, sicut ante concilium pia monasterio vestro consideratione consuluit in hac parte, sic quoque ipsius subsecuti vestigia, auctoritate apostolica vobis duximus indulgendum, ut, si præfatus archiepiscopus vel successores ejus ab Ecclesiis vestris in quibus debent procurationem recipere, procurationem, nisi ex gratia pro pluribus quam pro quadraginta equitaturis ad plus et pro quadraginta quatuor hominibus exegerint, a iis sibi solvendam vel ad exhibendum quidquam procurationis obtentu, eadem Ecclesia vel vos non possitis aliqua ratione compelli. Quod si archiepiscopus qui modo præsidet, vel ejus successores, in procurationibus quas debent archiepiscopo Senonensi quedam Ecclesiarum vestrarum, numerum equitaturarum vel hominum superiorius definitum excedere forte voluerit, liberum sit vobis quod petitur denegare. Si autem propter hoc aliquam in ecclesias ipsas, monachos vel clericos sententiam promulgaverint, eam auctoritate apostolica decernimus non tenere.

Prohibemus insuper ut monasteri vestri monachos, ubique habitaverint, nullus, præter Romanum pontificem vel legatum ab ejus latere mis-

A sum, absque speciali mandato apostolicæ sedis, vel præter abbatem ad quem cura et custodia eorum pertinet, excommunicet aut interdicat. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, ullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Auctoritate apostolica vobis duximus indulgendum ut, infra parochias ecclesiarum ad jam dictum monasterium pertinentium, nullus oratorium, capellam vel ecclesiam ædificare aut cœmeterium facere sine diœcesani episcopi et vestro consensu audeat, nisi forte Templi vel Hospitalarii fuerint, quibus hoc apostolicæ sedis privilegiis indultum fuisse noscatur. Propterea paci et utilitati vestrae, pontificali volentes provisione prospicere, præsenti privilegio duximus statuendum ut, si quis terras ad vos jure spectantes vel campos in quibus portionem habetis, donatione aut venditione seu quolibet alio alienationis titulo in aliam ecclesiam vel religiosa loca transtulerit, Ecclesiis illis vel locis religiosis ultra annum et diem eas sine assensu vestro non liceat retinere, sed, juxta consuetudinem Gallicanarum Ecclesiarum, talibus personis pretio sive dono concedant, quæ volis et monasterio vestro jura vestra cum integritate persolvant.

Decernimus ergo ut nulli hominum liceat præstatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva nimirum apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, etc.

Ego Lucius, catholicæ Ecclesiæ episcopus, sign.

Ego Paulus, Prænestinus episcopus, sign., etc.

Datum..... Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo octagesimo primo, pontificatus vero domini Lucii papæ tertii anno primo.

XV.

Monasterii S. Augustini Cantuariensis et super beneficione abbatis i privilegium, ab Alexandro III institutum, confirmat.

(Chronica W. Thorn, ap. TWISDEN, Hist. Angl. Script., II, 1834.)

XVI.

[Richardo] archiepiscopo, et archidiacono Cantuariensi interdicit, et ne de possessione monasterii S. Augustini, hominibus, clericis vel ecclesiis, libe pendente super privilegiis ultatenus se intromittant.

(Ibid.)

XVII.

Hominibus ad jurisdictionem monasterii S. Augustini Cantuariensis spectantibus, tam clericis quam laicis, interdicit, ne archiepiscopo in aliquo respondent vel ejus officialibus, donec de privilegiis sedis quæstio terminetur.

(Ibid., p. 1835.)

XVIII.

[Richardo] archiepiscopo Cantuariensi interdicit et ne

ab abate S. Augustini professionem aliquatenus exigat.

(*Ibid.*)

XIX.

[*Rogerio] abbati S. Augustini Cantuariensis interdicit
ne archiepiscopo professionem facial aut pro-
militat.* »

(*Ibid.*)

XX.

*Henrico, Anglorum regi, monasterium S. Augustini
Cantuariense commendat.*

(*Ibid.*)

XXI.

*Monasterium S. Augustini Cantuariense in iussu
sedis apostolicæ affici interdicto vetat.*

(*Ibid.*)

ANNO 1182.

XXII.

*Ecclesie S. Salvatoris Venetæ possessiones et pri-
vilegia confirmat.*

(*Laterani, Jan. 8.*)

[*CORNELIUS, Ecclesie Venetæ, t. XIV, p. 194.*]

*Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filii Martino, priori ecclesie S. Salvatoris de Ri-
voalto, ejusque fratribus, tam præsentibus quam
futuris, canonica vitam professis in perpetuum.*

*Religiosam vitam eligentibus apostolicum con-
venit adesse præsidium, ne forte cuius: "bet temer-
ritatis incursum aut eos a proposito revocet, aut
robur (quod absit!) sacrae religionis infringat. Ea-
propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postu-
lationibus clementer annuimus, et præstatam ecclæ-
siam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad
exemplar prædecessorum nostrorum felicis memo-
riæ Innocentii, Eugenii, Anastasii et Alexandri
Romanorum pontificum, sub B. Petri et nostra
protectione suscipiuimus et præsentis scripti privi-
legio communimus, in primis siquidem statuentes
ut ordo canonicus, qui secundum Deum et B. Augu-
stini Règulam in eodem loco institutus esse digno-
scitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter
observetur. Præterea quascunque possessiones, que-
cunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste
et canonice possidet, aut in futurum concessione
pontificum, largitione regum vel principum, obla-
tione fidelium, seu aliis justis modis, præstante
Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque
successoribus et illibata permaneant. Medietatem
decimarum, quas parochiani ecclesie vestre per-
solvunt, sicut beatæ memorie prædecessor noster
Eugenius papa mandavit, et bonæ recordationis
Joannes Polanus, quondam diœcesanus episcopus,
privilegio suo nobis indulxit, tam pro clericis quam
pro sacerdotiis reliquendis, auctoritate vobis aposto-
lica confirmamus. Et ut in parochianos vestros,
qui nos de medietate ipsarum decimarum defrau-
dere presunperint, per priorem ecclesie vestre
excommunicationis sententia promulgetur, ei ple-
nam concedimus potestatem, quemadmodum felicis*

A recordationis prædecessores nostri, Adrianus et Alexander Romani pontifices, scriptis suis indul-
sisse noscuntur.

*Indulgemus insuper, sicut a prædictis antecesso-
ribus nostris indulatum esse dignoscitur, ut prior
loci vestri qui pro tempore fuerit, pro ipsis deci-
mis, libere posset securitatem terra præstare. Liceat
quoque vobis clericos et laicos, e sæculo fugientes
liberos et absolutos, absque alicuius contradictione
ad conversionem suscipere et in vestra ecclesia re-
tinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestro-
rum, post factam in eodem loco professionem, sine
prioris sui licentia, fas sit de claustru discedere;
discedentem vero absque communium litterarum
cautione nullus audeat retinere. Præterea secon-
diam, quam venerabilis frater noster Henricus,*

*Gradensis patriarcha, et bonæ memorie Ildebrandus,
basilice Duodecim Apostolorum presbyter cardi-
nalis, tunc apostolicæ sedis legatus, super contro-
versia inter vos et Dominicum Plebanum S. Bar-
tholomæi, de quibusdam parochialibus domibus,
scilicet super domibus Justorum, Maurocenorum,
Gradonicorum, Græcorum, Leonardi Fradelli et
Dominici Aurei, quas quisque sui juris esse dicebat,
quondam diutius agitata rationabiliter protulerunt,
sicut in authentico scripto illorum exinde facto
noscitur contineri, auctoritate apostolica confir-
mamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam
esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae
voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi
forte excommunicati vel interdicti sint, nullus ob-
sistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a
quibus mortuorum corpora assumuntur; statuentes
ut nullus sine vestro consensu parochianis vestris
in infirmitate positis pénitentiam dare aut eos
inungere, vel ad sepulturam recipere audeat, nisi
salva justitia ecclesie vestre sacris canonibus in-
stituta. Obeunte vero te nunc ejusdem loci priore,
vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qua-
libet subreptionis astutia seu violentia præponatur,
nisi quem fratres communi consensu vel fratrum
pars consilii sanioris, secundum Deum et B. Augu-
stini Règulam, canonice providerint eligendum.*

*Decernimus ergo ut nulli omnino hominum li-
ceat ecclesiam vestram temere perturbare, aut ei
possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu qui-
buslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra
conserventur eorum pro quorum gubernatione ac
sustentatione concessa sunt usibus omnimodis pro-
futura, salva sedis apostolicæ auctoritate et dioce-
sani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in
futurum ecclesiastica sæcularis persona, hanc
nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam
temere venire tentaverit, secundo tertiove commo-
nita, nisi reatum suum digna satisfactione correxe-
rit, potestatis honorisque sui dignitate careat,
reamque se divino judicio existere de perpetrata
iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac
sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu*

Christi aliena fiat, atque in extremo examine di- A
vine ultiōni subjaceat. Cunctis autem eidem loco
sua jura servantibus sit pax Domini nostri Iesu
Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis per-
cipiant et apud districtum judicem præmia æternæ
pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius, catholæc Ecclesie episcopus.

Ego Theodinus, Portuensis et Sanctæ Ruslinæ epi-
scopus.

Ego Paulus, Prænestinus episcopus.

Ego Petrus, presbyter cardinalis tit. Sanctæ Su-
sanæ.

Ego Vivianus, presbyter cardinalis tituli Sancti
Stephani.

Ego Cynthius, presbyter cardinalis tituli Sanctæ
Cæcilie.

Ego Hugo, presbyter cardinalis tituli Sancti Cle-
mentis.

Ego Arduinus, presbyter cardinalis tituli S. Crucis
in Jerusalem.

Ego Matthæus, presbyter cardinalis tituli Sancti
Marcelli.

Ego Laborans, presb. card. Sanctæ Mariæ trans
Tiberim tit. Calixti.

Ego Hyacinthus, diacon. cardin. Sanctæ Mariæ in
Cosmedin.

Ego Rainierius, Sancti Georgii ad Vulum Aureum
diaconus cardinalis.

Ego Gratianus, diaconus cardinalis SS. Cosmæ et
Damiani.

Ego Rainierius, diac. card. Sancti Adriani.

Datum Laterani, per manum Alberti S. R. E.
presb. card. et cancell., vi Idus Januarii, indict.
xv, Incarnationis Dominicas anno 1181, pontificis
vero domini Lucii papæ III anno i.

XXIII.

G. abbatii Vizeliacensi et ejus successoribus usum
mitræ concedit.

(Laterani, Jan. 13.)

[LAUNOI Opera omnia, t. II, pars 1, p. 288.]

Lucius III episcopus, servus servorum Dei, di-
lectis filiis G. abbatii, et fratribus Vizeliacensibus,
salutem et apostolicam benedictionem.

Fratres nostri episcopi et cardinales nos suppli-
citer et devote rogarunt, ut monasterium vestrum, D
pro reverentia Beatæ Mariæ Magdalenaæ, cuius ibi
corpus quiescit, largitionis nostræ studeremus mu-
nere decorare, ut ex hoc magis apud homines ce-
lebre fieret, et majoris venerationis in posterum
haberetur. Ut igitur de largitione gratiae apostolicæ
sedis valeat amplius gloriari, et in majori apud
homines veneratione haberi, tibi, fili abbas, tuis
que successoribus usum mitræ de consuetâ benigni-
tate apostolicæ sedis concedimus, et ut ea in præci-
pis solemnitatibus, et processionibus monasterii,
in coadiu*t* Romanorum pontificum, concessu epi-
scoporum et mortuorum exequiis libere uti possi-
tis, clementius indulgemus.

Datum Laterani Id. Januarii.

XXIV.

Pacem inter monachos et burgenses Trenocienses
confirmat.

(Laterani, Jan. 15.)

[JUENIN, Nouv. Hist. de Tournus, Preuves, p. 479.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filiis abbati et monachis Trenociensibus, salutem
et apostolicam benedictionem.

Religiosis viris annuere et eorum justis postula-
tionibus consensum facilem impetrari et ordo juris
exigit et charitas postulat ordinata. Audivimus
sane quod cum inter vos et burgenses Trenocien-
ses super quibusdam consuetudinibus controversia
verteretur, tandem suit quod per venerandæ memo-
riæ Lodoicum, tunc regem Francorun, amica-

B
bili compositione sopita. In scrupulum recidi-
quæstionis cum emergant, tandem compositionem,
sicut facta est, et ab utraque parte recepta et in
ipsius regis scripto authentico plenius continetur,
auctoritate apogolica confirmamus et præsentis
scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli
omnino hominum liceat hanc paginam nostræ con-
firmationis infringere, vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attentare præsumperit,
indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri
et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Laterani xviii Kalendas Februarii.

In plumbō, Lucius papa III.

XXV.

C Monasterii Bonifagetensis protectionem suscipit, pos-
sessiones ac privilegia confirmat.

(Laterani, Jan. 15.)

[HUGO, Sacri et canonici ordinis Præmonst. Annales,
t. I, Prob., p. ccxi.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filiis WIARDE, abbatii Ecclesiæ de Bono'ageto, ejusque
fratribus, tam præsentibus quam futuris, regula-
rem vitam professuris in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum con-
venit esse præsidium, ne forte eujuslibet temerita-
tis incursus eos a proprio revocet, aut robar
(quod absit!) sacras religionis insingat. Eapropter,
dilecti in Domino filii, vestris justis postulationi-
bus clementer annuimus, et præfata ecclesiam
Beate Mariæ de Bonofageto, in qua divino manci-
pati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protec-
tione suscipimus, et præsentis scripti privilegio
communimus, in primis siquidem statuentes ut
ordo canonicus, qui secundum Deum, et B. Au-
gustini Regulam atque institutionem Præmonstra-
tentium fratrum in eadem ecclesia institutus esse
dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabi-
liter observetur. Propterea, quæcumque possesio-
nes, quæcumque bona eadem ecclesia in præsen-
tiarum juste et canonice possidet, ac in futurum
concessione pontificum, largitione regum vel prin-
cipum, oblatione fidelium seu aliis justis modis,
præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis
vestrisque successoribus et illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis : locum scilicet in quo abbatia fundata est, qui dicitur Bonlays, cum omnibus pertinentiis suis, terris, pratis, silvis, aquis, pasturis omni generi animalium necessariis, quem dedit vobis Willelmus de Bernole, consilio et assensu omnium hæredum suorum et Matthæi ducis Lotharingiorum ; grangiam de Grusillis cum pertinentiis suis, terris, pratis, silvis et pasturis ; allodium de Feischal cum molendinis et aliis pertinentiis suis, terris, pratis, silvis et pasturis ; quidquid apud Brantigny posseditis ; grangiam de Moironcourt cum omnibus pertinentiis suis, pratis, silvis, terris et pasturis ; allodium de Janneio quod accepistis de manu Widerici, abbatis Clarilocii, consilio et consensu omnium fratrum suorum, tam monachorum quam laicorum, acceptis a vobis triginta libris Tullensis monetæ, quod allodium contulerunt eis et ecclesiæ suaæ viri nobiles, Holdericus Alius ejus, Gerardus de Forcherul et filii sui, Petrus, Gauselius, Gerardus, consilio etiam et consensu ducis Matthæi, sub testimonio Theodorici de Romunt, Gerardi advocati de Bruyeres, Willelmi de Arches ; tenorem etiam totum Theobaldi de Jorso, in agris, silvis, pratis, pascuis juxta prædictum allodium adjacutibus, qui vulgo Benevilis vocatur, quem prius dederunt supradictæ ecclesiæ Clarilocii ipse Theobaldus de Jorleio et Willer de Floremont, assensu filii sui Gerardi, rogatu et consilio Matthæi ducis, ducisse Beathar et filiorum suorum Simonis et Frederici ; decimas etiam prædicti allodii a Benevilis, de pratis, campis et de omnibus aliis de quibus decimæ persolvuntur, quas Henricus, quondam Tullensis episcopus, memoratæ ecclesiæ Clarilocii prius possidendas in perpetuum concesserat, consilio Odonis archidiacoñi, rogatu et assensu abbatis Romaricensis totiusque capituli sui ; assensu etiam ipsorum clericorum ad quos præfatæ decimæ pertinebant, Gerardi videlicet de Jorso, et Widerici nepotis sui et Hesfridi presbyteri de Janneio : quibus et suis successoribus singulis annis persolvitis quinque solidos Tullensis monetæ in festo B. Martini, aut infra octavas, ponentes eos super altare memoratæ ecclesiæ de Janneio, quas decimas cuni tenemento Theobaldi de Jorso et cum allodio de Janneio accepistis de manu supradicti abbatis Widerici Clarilocii, consensu totius capituli sui, et in ea libertate et integritate qua jam dicta ecclesia Clarilocii prius possidebat. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, a seculo fugientes liberos et absolutos, ad conversionem accipere et eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco disce-

dere, discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clavis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa vco, di ina officia celebrare : in parochialibus vero ecclesiis quas habetis liceat vobis quatuor aut tres ad minus de canonice vestris ponere, quorum unus dicessano episcopo præsentetur, ut ei curam animarum committat, ita quidem quod ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus et de ordinis observantia debeat respondere. Pro chrismate autem, oleo sancto, consecrationibus ecclasiarum, ordinationibus clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, sive pro abbatे deducendo ad sedem, vel quibuslibet aliis ecclesiasticis sacramentis, nullus a vobis, aut sub obtenu consuetudinib, aut quolibet alio modo quidquam audeat postulare. Si quis autem contra hoc venire præsumperit, portionem cum Giezi se noverit halitum cuius factum exactione turpis muneris imitatur (IV Reg. v). Scipularam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclasiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Paci quoque et tranquillitatí vestrae paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum, nullus violentiam vel rapinam, furtum committere, ignem apponere, seu hominem capere vel interficere audeat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatae ecclesiam temere perturbare aut ejus auferre possessiones, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesanæ episcopi canonice justitia. Si quæ sit igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, etc.

Ego Lucius, catholice Ecclesiae episcopus.

Ego Theodorinus, Portuensis episcopus,

Ego Paulus Prænestinus episcopus.

Ego Petrus, presbyter cardinalis tituli S. Susanna.

Ego Vivianus, presbyter cardinalis tituli S. Stephani in Monte.

Ego Cynthius, presbyter cardinalis tituli Sancte Cæciliae.

Ego Ardaines, presbyter cardinalis tituli Sancte Crucis.

Ego Matthæus, presbyter cardinalis tituli Sancti Marcelli.

Ego Hyacinthus, diaconus cardinalis Sancte Mariae Messoris.

Ego Rainerius, diaconus cardinalis Sancti Gregorii ad Velum Aureum.

Ego Gratianus, diaconus cardinalis SS. Cosmae et A
Damiani.

Ego Rainierius, diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Datum Laterani per manum Alberti, S. R. E.
presbyteri cardinalis et cancellarii, xviii Kalendas
Februarii, inductione xv, Incarnationis Dominicæ
anno 1181, pontificatus vero Lucii papæ III anno
primo.

XXVI.

Delegatis apostolicis mandat, ut inquirant de innocentia plebani ecclesie S. Bartholomæi, eamque si invenerint, puniant.

(Lateran., Jan. 16.)

[CORNELIUS, Ecc. Venet., XIV, 106.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri. . . . Forcellano (3) episcopo, et dilecto filio. . . . priori ecclesie S. Marie de Charitate (4), salutem et apostolicam benedictionem.

Cum inter ecclesiam S. Salvatoris de Rivoalto et S. Bartholomæi gravis controversia de quibusdam parochianis haberetur, commissa fuit a delegatione Romani pontificis venerabili fratri nostro Gradensi patriarchæ et bonæ memorie I., quondam basilicæ XII Apostolorum presbytero cardinali, fine debito terminando, qui auditis et cognitis rationibus utriusque partis prædictas parochiales ecclesie S. Salvatoris adiudicarunt, quam utique sententiam felicis memorie prædecessor nositer Alexander papa, sicut ex litteris ejus manifeste monstratur, auctoritate apostolica roboravit, et quosdam de presbyteris ipsius et ecclesie, quia contra sententiam fecerant, suspensi ab officio fecit. Quia igitur J. Præmarenus (5) post appellationem, et minus canonice dicitur administrationem prælibatae ecclesie receperisse, et post appellationem per conductios presbyters prædictis parochianis divina officia celebrari auctoritate apostolica communimus: ne de impunitate tanta presumptionis valeat gloriari, et alii exemplo ejus audaciam suscipiant delinquendi, discretioni vestræ per apostolica scripta districte mandamus, quatenus rei veritatem diligentius inquiratis et, si vobis ita constiterit, prædictum J. et presbyteros conductios, quos fecit prædictis parochianis divina officia celebrari ab officio, remoto appellationis obstaculo, suspensatis, et tandem faciat inanere suspensos, quo usque præfato priori et fratribus satisfaciant, prout canonicum fuerit, aut ad apostolicam sedem satisfacti accedant. Testes autem quos ipsi vobis duxerint nominandos, veritati testimonium reddere moneatis; quod, si hoc gratia vel timore omiserint, eos ad dicendam veritatem districtius auctoritate nostra cogatis.

Data Laterani, xvii Kal. Februarii.

(3) Leonardus Donato, episcopus Forcellanus.
(4) Idebrandus, prior S. Marie de Charitate.

XXVII.

Transactionem initam inter comitem Joigniaci et abbatissam S. Juliani Antissiod. confirmat.

(Lateran., Jan. 27.)

[Gall. Christ. nov., XII, Instr., 138.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus in Christo filiabus Hel. abbatissæ, et sororibus S. Juliani Antissiodorensis, salutem et apostolicam benedictionem.

B Ex tenore scripti authenticæ nobis innotuit quod, cum inter Agnetem abbatissam ejusdem monasterii vestri, et R. comitem Joigniaci, super quatuor hominibus, Gosberto videlicet, Anulpho, Rainardo et Hurico, quos abbatissa in potestate Miganie suos constituerat servientes, controversia mota per appellationem ad sanctæ recordationis Al. papæ predecessoris nostri, qui tunc erat Senonis, audiendum pervenisset, eam nobis et bonæ memorie Odoni, S. Nicolai in Carcere Tullianò diacono cardinali, terminandam commisit. Post diutinam autem et prolixam ventilationem ipsius causæ, de voluntate partium, mediatis nobis, finem per hujusmodi transactionem accepit; quod comes predictos quatuor homines, uxores eorum et liberos imperpetuum absolutos ipsi abbatissæ et monasterio vestro dimisit, ita ut in eis nullam justitiam habeat, exactiōnem videlicet requisitam, quandiu servientes et ministeriales monasterii predicti existirent: cum vero servientes sive ministeriales esse derint, habent in eis sicut in propriis hominibus nonasterii vestri. Confessus est etiam et protestatus ipse comes nihil habere in nemore S. Juliani, quod est in Otha, excepta gruaria. Sed quod a controversia hominum et memoris omnino discessit, pro reverentia nostrarum precum et intuitu sororis suæ que in monasterio vestro erat, et propter abbatis sam hoc egit. Quam compositionem præscriptam, ut majorem habeat firmitatem scripto nostro quæritis confirmari. Nos vestis postulationibus annuentes eam sicut a partibus sponte recepta est et servata, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus: statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contradicere. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Laterani, xii Kalendas Februarii.

XXVIII.

Monasterii S. Petri Stivagensis possessiones quasdam, ab ecclesia Hohenburgensi datas confirmat.

(Lateran., Jan. 29.)

[Hugo, sacri et canonici ordinis Præmonstr. Annales t. II, Prob., pag. ccl. i.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus

(5) Joannes Præmarenus, pleb. S. Bartholomæi.

filius GARNERO, abbatii Sancti Petri Stivagiensis, ejus-
que fratribus, tam præsentibus quam futuris, re-
gularem vitam professis in perpetuum.

Justitiae ratio exigit, et sedis apostolicæ benignitas exposcit ut personis et locis Deo et beato Petro sub regulari disciplina ad serviendum deputatis tui-
tionis nostræ manum abundantius et propensius extendamus, et sua eis jura atque collata beneficia paterna benignitate protegendo conservemus. Ea-
propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postula-
tionibus clementer annuimus, ac ea quæ vestræ ecclæsiae ab ecclæsie Hohemburgensi, per manum dilectæ filiæ nostræ Herradis, ejusdem loci abba-
tissæ, assensu totius capituli sui, vobis perpetualiter data, scriptoque rite confirmata sunt laudamus
et præsentis scripti privilegio communimus et con-
firmamus, locum videlicet Sancti Gorgonii, cum omnibus rebus ad eundem locum spectantibus, et præbendam hebdomadarii, carratam scilicet vini,
quatuordecim maldios frumenti et septem hordei, et viginti solidos Argentinensis monetæ, ac quidquid eidem hebdomadario aliisque sacerdotibus vestris, cum in Hohemburgensi publicas vel privatas missas celebraverint ecclæsia, oblatum fuerit ad manus ; beneficium altaris Sanctæ Odilie in Erhesheim constitutum, septemdecim quartalia bladii, in Wolgan-
selseim carratam vini, pratum et silvam ad Sanctum Naborem sitam ; et septemdecim jornalia terræ in Talheim, et quorumlibet animalium pascendi li-
gentiam in Hohemburgensibus pascuis, ita videlicet quod, defuncto abbate vestro vel mutato, successor ejus de manu Hohemburgensis abbatissæ prædicta beneficia sine ulla contradictione per librum recipiet, et in eadem ecclæsia sui ordinis sacerdotes, et in præfato loco Sancti Gorgonii, tam clericos quam laicos fratres ad serviendum Deo constituët, et quotiescumque abbas vester voluerit, Hohemburgensem ecclæsiam visitet, et in festo sanctæ Odilie, et in dedicatione capellæ, et in Nativitate sanctæ Mariæ ad eamdem ecclæsiam missam solemnem cele-
braturus, nisi infirmitate vel aliquo evidenti negotio fuerit detentus, annuatim veniat, vel aliquam personam, si venire nequiverit, mittat : Hebdomadarium quoque sacerdotem in Hohemburgensi ecclæsia, et alium qui quotidie privatam missam ad altare Sanctæ Odilie celebret, provida dispensatione constiutat, quoscumque de canoniciis suis ad hoc idoneos cognoverit, quos quidem, sine contradictione abbatissæ, removendi et loco ipsorum alios constituendi prædictus abbas plenam habeat facultatem; cui etiam licitum sit bona, tam spiritualia quam temporalia, ad locum Sancti Gorgonii spectantia cha-
ritative, prout Deus inspiraverit, dispensare.

Statutum est etiam ut, quotiescumque fratres vel sorores ab hac luce migraverint, a conventu utriusque ecclæsiae solemniter in missis et cæteris obsequiis plenarium servitum peragatur. Cum autem abbatissæ Hohemburgensi morti appropinquare contigerit, abbas Stivagiensis, vocatus a fratribus San-

A cti Gorgonii, festinus accedens, si expeditus fuerit, exequias pro ea in conventu solemniter celebabit. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet hanc nostræ paginam protectionis et confirmationis infringere aut pervertere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis vere hoc attentare præsumperit, nisi reatum suum condigna satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus ineurrat, et in extremo examine divinæ ultioni subjaceat. Cunctis autem hæc pie observantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus, etc.

(*Locus signi + domini Lucii papæ III.*)

Ego Lucius, Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

B Ego Leodimus, Portuensis, et Sanctæ Rufinæ sedis episcopus.

Ego Paulus, Prænestinus episcopus.

Ego Petrus presbyt. card. tit. S. Stephani in cœlio Monte.

Ego Hugo, presbyt. card. tit. S. Clementis.

Ego Cinthius, presbyt. card. tit. S. Cæciliæ.

Ego Matthæus, presbyt. card. tit. S. Marcelli.

C Ego Laborantius presbyt. card. tit. Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. S. Calixti.

Ego Hyacinthius, diacon. card. Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Raynerius, S. Georgii ad Vulum Aureum diacon. card.

Datum Laterani per manum Alberti, S. R. E. presbyt. card. et cancellarii, xi Kalend. Febr., in-
dict. xv, Incarn. Dom. anno 1181, pontificatus vero Domini Lucii papæ III anno i.

(*Cum appensione sigilli plumbei ex chordulis sericis.*)

XXIX.

Ecclesiæ S. Petri Jovillarensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat.

(Laterani, Jan. 22.)

[Hugo, Sacri et canonici ordinis Præmonst. annales, t. I. Prob., p. ccxc.]

Lucus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GALTERO, abbatii ecclæsiae Sanctæ Mariæ Regiæ-
vallis, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum conve-
nit adesse præsidium, ne forte eujuslibet temerita-
tis incursus aut eos a proposito revocet, aut robar (quod absit!) sacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam ecclæsiam Sancti Petri Jovillaris, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis præde-
cessorum nostrorum Innocentii, Eugenii, Alexандri, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra tutela suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes ut ordine canonicius qui secundum Deum, et beati Augustini

Regulam atque institutionem Præmonstratensem in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, Præterea, quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum Jovillaris, in quo fundata est abbatia, quem habetis a Gaufrido domino de Jovilla, assensu filii sui Jofridi, et a Mathilde de Vienna, cognomine Lupa, assensu filii sui Henrici, et filiae suæ Sybillæ cum omnibus appenditiis suis, terris, pratis, silvis et quorumlibet animalium pasturis; ecclesiam et altare de Juvinio (*Juvigny*) cum omnibus appenditiis suis, dotibus videlicet et decimis, oblationibus et cleemosynis, quos dedit vobis venerabilis frater noster Petrus, Tullensis episcopus, assensu Theodorici archidiaconi et totius capituli sui; ecclesiam et altare de Savoneriis cum omnibus pertinentiis suis, dotibus et decimis, oblationibus et cleemosynis; quod dedit vobis Guido, Cathalaunensis episcopus, cum assensu totius capituli sui; partes aliodii ejusdem villæ quas habetis in terris, pratis, silvis et quorumlibet animalium pasturis; curiam de Clarofonte quam habetis ab abbate et communi capitulo Sancti Urbani, assensu Jofridi, ejusdem ecclesiæ advocati, cum omnibus appenditiis suis, terris, pratis, silvis et pasturis; locum de Nantolio (*Nantel*) cum molendino et stagno superiori et aliis pertinentiis suis; allodium de Fouchers cum omnibus pertinentiis suis, terris, pratis, silvis, mancipliis, et quorumlibet animalium pasturis, quod dedit vobis Richerius de Salamanna pro filiabus suis et uxore in ecclesia vestra conversis, assensu filii sui Lethardi et omnium hæredum suorum; molendinum juxta villam situm, cum prato adjacente, quod habetis a Guidone commestore Barri, assensu uxoris suæ Petronillæ et filiorum suorum, Gerardi, Lethardi, Gilouis, et filiorum suarum, Alburgis et Deuvidis; allodium quod dederunt vobis apud Satanæ villam Rodulphus de Asperomonte assensu filiorum suorum, et Robertus de Solers assensu omnium hæredum suorum, cum omnibus pertinentiis suis, terris, pratis, silvis, decimis, mancipliis et pasturis; molendinum quod habetis infra parochiam supradictæ villæ, cum introitu et exitu aquarumve decursu, quod appellatur Retucusach; medietatem alterius molendini quam habetis apud Sionnam; domum quoque hospitalem juxta Mæreum sitam cum omnibus pertinentiis suis, terris, vineis et capella infra curiam ejusdem domus constructa, et dotibus ad eam pertinentibus, quam dedit vobis Guido Cathalaunensis episcopus, assensu totius capituli sui, eo tenore ut abbas vester tam fratres instituendi quam remittendi, et bona tam

A spiritualia quam temporalia, prout ei visum fuerit et Deus inspiraverit, charitatively despensandi liberamente habeat facultatem.

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus collectis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, ex sæculo fugientes liberos et absolutos, ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratribus vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque abbatis licentia de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Prohibemus etiam ne ecclesiæ, aut terras, seu quodlibet beneficium ecclesiæ vestræ collatum, liceat alicui personaliter dare, sive alio modo alienari, sine consensu totius capituli, aut majoris et senioris partis ejusdem. Si que vero donationes aut alienationes aîter quam dictum est factæ fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hæc autem adjicimus ne aliqui canonici seu conversi, sub professione domus vestræ stricte, sine consensu et licentia abbatis et majoris et senioris partis capituli vestri pro aliquo fidem debet, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipient ultra pretium capituli sui prævidentia provisum, nisi præter manifestarum domus vestræ utilitatem. Quod si facere præsumperit non teneatur conventus, sine cajus licentia et consensu hoc egerunt, pro his aliquatenus respondere.

Præterea licitum sit vobis causis vestris fratres vestros idoneos ad testificandum adducere, atque ipsorum testimonio, si ratum fuerit, propulsare violentiam et justitiam vindicare. Ob evitandas vero sæculi frequentias, liberum sit vobis, salvo jure diœcesani episcopi et ecclesiæ parochialis, oratoria in grangiis vestris construere, et in ipsis vobis et familiae vestre divina officia celebrare. Pro christmate vero, oleo sancto, consecrationibus ecclesiæ, ordinationibus clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, sive abbate deducendo ad sedem, vel quibuslibet aliis ecclesiasticis sacramentis, nullus a vobis, aut sub obtentu consuetudinis aut quolibet alio modo, quidquam audeat postulare. Si quis autem contra hoc venire præsumperit, portionem cum Giezi se noverit habiturum, cuius factum exactione turpis muneris initiatur (*IV Reg. v*). Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, et corum devotioni et extrema voluntati, qui se illic sepe liri deliberaverint, nisi forte excommunicati et interdicti fuerint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiæ, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Paci quoque et tranquillitatí vestre paterna sollicitudine consulere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut, infra clausuras locorum seu granjiarum vestrarum, nullus violentiam vel rapinam, vel furtum committere, ignem apponere seu homi-

nem capere aut interficere audeat. Decernimus ergo ut nulli omnino fas sit praefatam ecclesiam temere perturbaré, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, mincere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione aut sustentatione concessa sunt usibus omnino profutura, salva sedis apostolice auctoritate, et canonica justitia diccesani episcopi. Si qua autem in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam tenere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniunctitate cognoscat, et a sanctissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultiōni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Lucius, Catholice Ecclesie episcopus.

Ego Theodinus, Portuensis et S. Rufinæ episcopus.

Ego Paulus, Prænestinus episcopus.

Ego Petrus, presbyter card. Sanctæ Susannæ.

Ego Vivianus, S. Stephani de Cœlio Monte.

Ego Cynthius, presb. card. tit. S. Cæciliae.

Ego Hugo, presb. card. tit. S. Clementis.

Ego Arduinus presb. card. tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Marcus, presb. card. tit. S. Marcelli.

Ego Laborans, presb. card. Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Jacob, diac. card. Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Rainerius, diac. card. S. Georgii ad Vulum Aureum,

Ego Gratianus, Sanctorum Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Ranerius, S. Adriani diac. card.

Data Laterani per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, xi Kal. Februarii, inductione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1181, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno primo.

XXX.

Monasterio S. Augustini Morinensi ecclesiam Qualquensem asserit.

(Laterani, Jan. 23.)

[MIRÆUS, *Opera diplomatica*, t. IV, p. 377.]

* Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Sancti Augustini Morinensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos faciem præbere consensum, et vota quæ a rationis

A tramite nou discordant, effectu prosequente compiere.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato occurrentes assensu, ecclesiam de Qualquella cum decimatione segelum, allegium et aliarum rerum ad eam spectante, sicut eas juste ac sine controversia possidetis, devotioni vestre, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnimodo hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Laterani x Kalendas Februarii.

XXXI.

Monasterii S. Mariæ Soroensis protectionem suscipit possessionesque ac pririlegia confirmat.

(Laterani, Jan. 25.)

[TROKHÉLIN, *Diplomatarium Arnæ - Magnanum*, t. I, p. 266.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis Symoni, abbati Sanctæ Mariæ de Sara, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulari vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut rebrub (quod absit!) sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum et Beati Benedicti Regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in ipsa domo noseitur institutus, perpetuis ibidem temporibus immutabiliter observetur. Præterea quacunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium impræsentiarum justæ et canonice possident, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fideliū seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus ex primenda vocabulis :

Donationem quam venerabilis frater noster Ab-salon Roskildensis episcopus, et Esberetus frater ejus, nec non et Juno consobrinus ejus, et alii quamplurimi pari voto et concoodi devotione solemniter fecerunt, dimidiam videlicet post obitum suum portionem omnium possessionum suarum, quas vel ex paternis jure suscepserint vel iuxta legem patræ terminis suis adjeicerint; et villam quæ dicitur Ellingæ cum silvis, pascuis, et reliquis ad illam pertinentibus concotonis ouam a præfato

venerabili episcopo obtinuistis cum aliorum ter-
rarum concambio; villam quoque quæ dicitur Gu-
thermæ quam, partim pia largitione, partim concam-
bio vel coemptione justo titulo obtinetis, et man-
cum in Wimmerleve et villam quæ dicitur Slagosæ
cum reliquis ad illam pertinentibus terris, et Okel-
storp et grangiam quæ est in Lungæ cum silvis et
aquis et cæteris appenditiis, et viculis adjacenti-
bus; grangiam quoque, quæ dicitur Aswarthabothe
cum silvis, pratis, pascuis et rivulo præterstante,
qui dicitur Tovebec, quam concambio diversarum
terrarum a præscriptio episcopo obtinuistis; præ-
terea tertiam partem oblationis, quam apud memo-
riam beatæ Margaretæ in monasterio Sanctæ Mariæ
Boskïdensis præfatus episcopus jure episcopali
habebat et cum præmemoratis fratribus de Sora
pia largitione ad opus construendi monasterii vel
ad reliquos usus contulit; portionem quoque deci-
mæ quam idem episcopus sub attestatione privile-
gii sui dedit, de parochia videlicet Fumetorp et de
parochia Sundertorp et de parochia Eleseu, nec
non et de parochia Arcstadhe, de parochia etiam
Geseleve cum attinente capella de Leoga, de paro-
chia quoque de Swartatop, et de parochia Berbii
cum adjacente capella Georleve. Sane laborum ve-
strorum, quos propriis manibus vel sumptibus colli-
tis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nul-
lus a vobis decimas exigere vel extorquere præsu-
mat. Liceat quoque vobis clericos et laicos, a sa-
culo fugientes liberos et absolutos, absque alicuius C
contradictione ad conversionem recipere et in ve-
stro monasterio retinere.

Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum,
post factam in eodem loco professionem, sine abbatis
sui licentia fas sit de eodem loco discedere; disce-
ndentem vero absque communium litterarum cau-
tione nullus audeat retinere. Paci quoque et trax-
quillitatí vestræ paterna sollicitudine providere vo-
lentes, auctoritate apostolica prohibemus ut, infra
clausuram loci vestri seu grangiarum vestrarum,
nullus violentiam vel rapinam, furtum seu in-
cendum committere, hominem capere vel inter-
ficiere audeat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat D præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus
possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere,
seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia
integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omni-
modis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate.
Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacer-
taris persona, hanc nostræ confirmationis paginam
sciens, contra eam temere venire tentaverit, se-
cundo tertio commonita, nisi reatum suum digna
satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui
dignitate careat, reamque se divino iudicio de per-
petrata iniuritate cognoscat.

Ego Lucius, Catholice Ecclesie episcopus.

A Ego Theodorus. Portuensis et Sanctæ Rufinæ
episcopus.

Ego Petrus, tituli Sanctæ Susannæ presbyter car-
dinalis.

Ego Vivianus, presbyter cardinalis Sancti Ste-
phani in Cœlio Monte.

Ego Hugo, presbyter cardinalis Sancti Clemens.

Ego Arduinus, presbyter cardinalis Sanctæ Crucis
in Jerusalem.

Ego Laborans, presbyter cardinalis Sanctæ Ma-
rie trans Tiberim.

Ego Hyacinthus cardinalis diaconus Sanctæ Ma-
rie.

B Ego Ramerius diaconus Sancti Georgii ad Vetus
Aureum cardinalis.

Ego Gratianus, Sanctorum Cosmas et Damiani
diaconus cardinalis.

Datum Laterani per manum Alberti Sanctæ Ro-
manæ Ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii,
ix Kalendas Februarii, indictione xiv, Incarna-
tions Dominicæ anno 1181, pontificatus vero, domini
Lucii papæ III anno primo.

XXXII.

*Ad Simonem Meldensem episcopum. — Confirmat
ipsius statutum de residentia eorum qui personae
sum obtinent in Ecclesia Meldensi.*

(Laterani, Jan. 29.)

[MARTEN., Ampl. Collect., I, 951.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, vene-
rabili fratri S. Meldensi episcopo, salutem et apo-
stolicam benedictionem

Quæ pro Ecclesiarum utilitatibus et eorum qui
nolunt Ecclesiis a quibus stipendia quotidiana reci-
piunt deservire, malitia reprimenda rationabiliter
statuuntur, firma debent et illibata persistere, et ne
pravorum nequitia perturbentur, apostolico muni-
mine roborari. Accepimus sane quod hi qui in
Ecclesia tua personatum habere noscuntur, nolunt
ipsi Ecclesiæ in propriis personis deservire: unde
eadem Ecclesia in agendis suis e personarum
absentia non modicum patitur detrimentum. Qua
de causa tu, venerabilis frater, canonicorum
ejusdem Ecclesiæ consilio et assensu rationabiliter
statuisti, ut nullus qui in Ecclesia ipsa personatum
amodo receperit, in chorum recipiatur, nisi de
obsequio Ecclesiæ in persona propria exhibendo
promotionem fecerit congruentem, salva tamen
tua et capituli tui licentia, sive majoris et senioris
partis, quam quidem constitutionem, sicut rationa-
biliter facta est, auctoritate apostolica confirma-
mus; statuentes ut nulli omnino hominum liceat
hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel
ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc
attentare præsumperit, indignationem omnipoten-
tis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus
se noverit incursum.

Datum Laterani, quarto kalendas Februarii.

XXXIII.

Bona et libertates monasterii S. Mariæ Regiæ-Vallis confirmat

(Laterani, Jan. 29.)

[Huc, *Præmonstr. annales*, II, Prob., p. 412.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GALTERO, abbati ecclesie S. Mariæ Regiæ-Vallis, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præstatam ecclesiam Sanctæ Mariæ Regiæ-Vallis, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis prædecessorum nostrorum Innocentii, Eugenii, Alexandri, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra tutela suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, in primis siquidem stantibus, ut ordo canonicus qui secundum Deum et beati Augustini regulam, atque institutionem Præmonstratensem in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, pérpetuis ibidem temporibus inviolabiliiter observetur. Praeterea quæcunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia impræsentiarum juste et canonicæ possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fideliū, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Ipsam scilicet vallem in qua fundata est abbatia, a prato Bovini sicut dictat labium nemoris quod dicitur Forest, usque ad viam Ovium, quæ descendit a Fracia subtus pratum, et ex altera parte ab eodem prato Bovini, sicut dictat labium Chelme usque ad fontem Beliardis, et a fonte usque ad viam subtus pratum, sicut dictat via quæ juxta Fraciā vadit ad Horreum. Terram Fraciæ quam dederunt vobis Guerardus et Theodoricus, domini de Sorcio, assensu omnium hæredum suorum, et per manum Henrici, quondam Tullensis episcopi, a quo in feudum tenebant. Allodium de Berna curia quod dederunt vobis, assensu Stephani, quondam Metensis episcopi, et Rainaldi, comitis Barri, in terris, silvis, pasturis, hæredes ejusdem allodii manentes in subscriptis villis, Neves scilicet, Commarcio, Sorbœ, Meligneio, Levovilla, locum de Bemont, qui antiquitus Rampuns dicebatur, certis metis videlicet crucibus et foraminibus in quercubus factis limitatum, quem dederunt vobis in terris, silvis, aquis et quorūlibet animalium pasturis, totius terræ domino de Commarcio pertinentis, Stephania, comitissa prædicti castri, assensu Simonis filii sui et filiarum suarum Sophiæ et Agnetis, et Stephani, quondam Metensis episcopi a quo illum in feudum

A tenebat, et Stephanus de Sorcio et Savaricus de Belloramo, assensu uxoris suæ Mathildis, et Philippus, castellanus Barri, assensu filiorum suorum Gerardi et Ulrici, et Petri, Tullensis episcopi, et totius capitulo Tullensis. Sedem molendini quam dederunt vobis prædicti hæredes cum terris ante et retro eidem molendino et stagno, aquarumve cursui necessariis super rivulum qui currit ad pedem montis Furnellorum cum eodem monte, sicut dictat utraque vallis hinc et inde. Allodium de Sanzeio cum proprio banuo in terris, silvis, pratis, aquis, et villarum adjacentium communibus pastris, quod dederunt vobis Letardus de Thazeio, assensu uxoris suæ Alcidis et hæredum suorum Joannis de Morcio, Valteri de Vedio et Henrici filii sui, B et Vidricus de Blenau, assensu Richardi filii sui et filiae suæ Bonæ Filiæ, et hæredum suorum Joannis de Moreio, Valteri de Vedio et Henrici filii sui et Matthæi, filii Simonis de Blenau. Locum Rengis-Vallis cum omnibus pertinentiis, quem habetis a capitulo Sancti Stephani Tullensis, et Havilda de Aspero Monte, assensu filiorum suorum Goberti et Theodorici, et a Balduno de Umploa. Locum de Jandoria cum omnibus pertinentiis suis, quem habetis ab abbe et capitulo Sancti Leonis Tullensis sub censu decem solidorum annualim persolvendorum. Allodium de Utigneio quem dederunt vobis Valterus de Vedio, assensu fratris sui Simonis et sororis suæ Berthæ, et Mathei filii sui, et Hugo Rufus, et Henricus frater ejus, assensu Hugonis filii sui et Hodierne filie suæ; silvulam quæ Parvum Porum vocatur, et decem falces prati in Preca, et duas falces allodii inter Broceum et Sevodum, et sex journalia terræ juxta Porum, quæ dedit vobis Valterus de Vadio, assensu Henrici filii sui et filiarum suarum Agathæ et Alcidis, pro filiabus suis in ecclesia vestra conversis. Decem et octo denarios quos idem Valterus vobis in perpetuum remisit, pro Havilde uxore sua in ecclesia vestra sepulta. Locum Jovillaris cum omnibus pertinentiis suis, quem habetis a Gofrido de Joinville et a Mathilde de Vienna cognomento Lupa. Locum de Gravia in Hungaria cum omnibus pertinentiis suis, quem habetis a Mendino, quondam Albensis Ecclesiæ præposito, cum omni integritate patrimonii sui assensu omnium hæredum suorum. Locum Sanctæ Crucis in Marchia juxta Franeavillam, quæ antiquitus Eremus vocabatur, cum omnibus pertinentiis suis terris, pratis, vineis et molendinis. Ecclesiæ Sancti Stephani regis cum omnibus pertinentiis suis. Quatuor falces prati quas dedit vobis Hugo, dominus de Sorcio, in bretio suo ultra Navam pro filio suo Theobaldo in ecclesia vestra sepulto; tres falces prati supra vadum Sancti Martini, quas dedit vobis Garnerus Bocherans in ecclesia vestra conversus. Tres falces prati in Preca et duas inter Sevodum et Wacon eum vinea apud Bruveium juxta fontem, quæ appellatur Busita, quæ dedit vobis Henricus de Francavilla,

pro filia sua in ecclesia *vestra* conversa. Pratum et vineam quæ dedit vobis Ottó miles de Bruleio (*Bruno*, g.), assensu uxoris suæ Thcelinæ, pro filia sua in ecclesia *vestra* conversa; vineas quas dedit vobis Oda, uxor Themanni, in Monte Barri, pro filia sua in ecclesia *vestra* conversa; vineas quas dedit vobis Valterus de Vodio, conversus vester, in eodem Monte; vineas quas dedit vobis Fridericus, conversus vester, retro monasterium; vineas quas dedit Rainaldus de Bruleio conversus vester in Risset; vineas quas dedit vobis Ermengardis de Broccio pro filia sua in ecclesia *vestra* sepulta; vineas quas dederunt vobis Theodericus et Wifardus et Drogo et Hugo, conversi vestri; vineas quas dedit vobis Rainaldus Borrei cum tribus journalibus terræ in Estrimes pro Hugone filio suo in ecclesia *vestra* canonico. Vineas et prata et terras quas dedit vobis Theodericus, conversus vester, in eadem villa. Præterea quidquid habetis infra parochias, videlicet de Brureio, de Luccio et de Langneio, in terris, pratis, vineis, decimis et molendinis nihilominus confirmamus.

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animallium vestrorum nullus a vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis clericos et laicos a sæculo fugientes, liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper, ut nulli fratribus vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit, absque abbatis sui licentia ab eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Iubemus etiam ne ecclesias, aut terras, seu quodlibet beneficium ecclesiæ *vestrae* coliatum, liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari, sine consensu totius capituli vestri, aut majoris et sanioris partis ejusdem; si quæ vero donationes vel alienationes aliter, quam dictum est, factæ fuerint, eas irritas esse censemus.

Ob evitandas vero sacerdotalium frequentias librum sit vobis, salvo jure diocesani episcopi, et ecclesiæ parochialis, oratoria in grangiis vestris construere, et in ipsis, cum necesse fuerit, vobis et familiae *vestrae* divina officia celebrare.

Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extrema voluntati, qui se illuc sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati et interdicti fuerint, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Paci quoque et tranquillitatí vestrae paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiæ vestrarum nullus violentiam, vel rapinam, vel furtum committere, ignem apponere, seu hominem capere aut interficere audeat.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit præstatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus

A possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum-gubernatione aut sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et canonica iustitia diocesani episcopi.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotaliæ persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacraissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco sua jura servandibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bona actionis percipiant, et apud disiunctionem judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius, Catholicae Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus, Portuensis et S. Rufinæ episcopus.

Ego Paulus Praenestinus, episc.

Ego Petrus, presb. card. S. Susannæ.

Ego Vivianus S. Stephani de Cælio-Monte, Presb. card.

Ego Cynthus, presb. card. tit. S. Cæciliæ.

Ego Hugo, presb. card. tit. S. Clementis.

Ego Arduinus, presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Marcellus, presb. card. tit. S. Marcelli.

Ego Laboraus, presb. card. S. Mariæ trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Jacobus, diac. card. Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Ramerius, diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gratianus, Sanctorum Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Ranerius, S. Adriani diac. card.

Data Laterani per manum Alberti, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii,

D^{icitur} iv Kal. Februarii, indictione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1181; pontificatus vero domini Lucii papæ III anno prim

XXXIV.

Monasterii S. Mariæ de Nemore protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat.

(Laterani, Jan. 30.)

[HUGO, sacri et canonici ordinis Præmonst. Annales, t. II, Prob., p. cxxxvi.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GUANERO, abbatii ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Nemore, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum memoriam.

Religiousam vitam diligentibus apostolicum conve-

nit adesse præsidium, ne forte enjuslibet temeritatis incursum, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit! sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præsatam ecclesiam Sanctæ Mariæ de Nemore, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum, et beati Augustini Regulam, atque institutionem Præmonstratensium fratrum in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem poutificum, largitione regum vel principum, oblitione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

Vallem scilicet in qua fundata est abbatia, a nemore Sanctæ Glodesindis usque ad nemus Sancti Stephani et usque ad Bellai, cum colle supereminentis ex ultraque parte prædictæ vallis quam derunt vobis Rainaldus et Almaricus, et Bertrudis de Venderiis et Letardus de Villers, assensu omnium heredum suorum et assensu Judith abbatissæ et totius capitulo sanctimonialium Sancti Petri Metensis, et Simonis ducis Lótharingie ejusdem ecclesiæ advocati. Capellam inferiorem Sanctæ Mariæ Magdalene cum censu et decimis et omnibus pertinentiis suis. Capellam de Prismeo liberam quam Matthæus, dux Lótharingie, vobis dedit assensu Henrici, quondam Tullensis episcopi, et filiorum suorum Simonis et Friderici. Partem allodii de Blanzei quam dedit vobis Matthæus, dux Lótharingie, liberam ab omni exactione et ab omni costuma imminunem, assensu uxoris sue Berthæ et filiorum suorum Simonis, Friderici, Matthæi et Roberti fratris sui, et Theodorici de Sassures, ejusdem allodii advocati, qui eamdem advocationem in manu ducis, a quo eamdem tenebat, resignavit. Alteram partem ejusdem allodii in terris, pratis, vineis, silvis, pastuis et banno, quam habetis ab abbate Hugone et capitulo Sancti Apri Tullensis sub censu sex solidorum Tullensis monetæ, in festo sanctorum Innocentium annuatim persolvendorum. Ecclesiam ejusdem villæ de Blanzei cum omnibus pertinentiis suis, dote scilicet vineis, pratis, decimis, oblationibus et eleemosynis, quam habetis ab abbatissa et capitulo ecclesiæ de Buxeriis sub censu sex resalium, trium siliquinis, et trium frumenti, in festo Sancti Martini persolvendorum, per manum Henrici, quondam Tullensis episcopi, et Hugonis Rusti, ejusdem ecclesiæ tunc archidiaconi, qui censem prædictæ ecclesiæ ad eos spectantem vobis in perpetuum remiserunt. Curiam de Tautecurt et curiam

A de Sparnemella (*Spermalle*), quæ dedit vobis Willemus, Prisnei advocatus; Tautecurt scilicet sicut eam possidebat in longum et latum a cruce usque ad bannum Jaunei (*Jauny*). Curiam de Sparnemalla cum omnibus pertinentiis suis, assensu filiorum suorum Girardi et Alexandri, omniumque hominum ad se pertinientium, et Matthæi ducis Lótharingorum, a quo prædictas curias in feudum tenebat. Curiam de monte Parignei, quam dedit vobis Drogo de Mancei, sicut eam possidebat a croada Willelmi advocati, vobis ab ipso tradita usque ad terminum Ernakdivilke (*Ernaville*), et a rupe anteriore usque ad sylvam Beavenville. Curiam de Romermunt cum omnibus pertinentiis suis, quam Cono de Asmancia et Bccelinus filius suas cum uxore sua Lupa, assensu filiorum suorum Andreas et Jofridi et Boemundi de Ramere villa (*Ramerville*), nepotis eorum aliorumque cohæredum vobis in perpetuum tradiderunt. Allodium de Marboge (*Marbache*), in quo grangia vestra sita est, quod Garsilius de Domeure, uxorque sua Regina cum omnibus appenditiis suis vobis dederunt, assensu filii sui Hugonis et filiae suæ Garsiliæ. Duos molen-dinorum situs, quos Fulco de Moreio (*Moreg*), uxorque sua comitissa vobis dederunt, assensu filii sui Joannis. Vineas quas habetis apud Vanderes, Runamprei, Seuranvigne, Laureiz, cum pratis in eadem villa adjacentibus; vineas apud Villers cum pratis quæ in eadem villa habetis; vineas quas habetis apud Nouvarai. Quatuor partes tertie partis decimatarum de Parneio (*Norroy*), tam grossarum quam minutiarum, quarum unam habetis a Theodoricu abbatte et capitulo sancti Mansneti Tullensis sub censu duoderim denariorum, in festo sancti Mansneti annuatim persolvendorum, aliam quam habetis ab abbate et capitulo sancti Aggerici Virdu-nensis, sub censu trium sextariorum siliquinis; aliam quam habetis a Balduino de Aspermonte, per manum Tullensis episcopi, assensu sororum suarum Alburgis et Comitissæ, uxorisque suæ Elisabeth et filiorum suorum Simonis, Hugonis, Formeri et Alberti; aliam quam habetis ab Hugone et fratre suo Reinaldo de Monzuns per manum prædicti Tullensis episcopi. Vineam quam dedit vobis Willemus, advocate de Prisnei, in clauso. Vincam quam dedit vobis Haimo, sacerdos de Prismei, in franco. Vineam quam dedit vobis Richerus de Warpei. Vineam quam dedit vobis Joannes de Farre in Pronora. Vineam quam dedit vobis Joannes de Rosigno in Vinulis. Vineam quam dederunt vobis Hugo et Gobertus fratres de Vilerces (*Villers*) in vinulis. Duas vineas in vinulis quas habetis ab Hugone fratre vestro de Prisnei. Vineam apud Prisnei quam dedit vobis Gualterus sacerdos de eadem villa. Vineam quam dedit vobis Hugo presbyter de Prismeo inter castrum et villam. Allodium in eodem loco quod dedit vobis Ida de Sampigneio, assensu filiorum suorum Ulrici, Garneri et Theodorici. Allodium in prædicto loco quod dedit vobis Hauvildis de Parnei

assensu filiæ filii sui **Hugonis** et **Henrici** mariti
sui de Castro. Vineam in Galteri-Campo quam dedit
vobis Albertus de Parneis. Vineam quam dedit
vobis Rechitia in eodem loco. Vineam in Daram-
prei quam dedit vobis Suenrus. Vineam quam dedit
vobis Letardus de Vilars, nomine Rovigne. Vineam
quam dederunt vobis Godefridus et uxor ejus Bo-
nafilia in eodem loco. Vineam in Fosseis quam dedit
vobis Widricus miles Cusiaensis. Vineam in Genval
quam dedit vobis Letardus de Vilars. Duas vineas
quas habetis in Fosseis a fratre vestro Gualone;
vineam juxta Bellelai, quam dedit vobis Uscha.
Tres vineas quarum duas habetis in eodem loco,
tertiam ad Melariam. Vineam apud Fosseis in loco
qui dicitur Liuns. Vineam in Murvaldi loco quam
dealit vobis Drogo de Claro-monte. Vineam in
eodem loco quam dederunt vobis Dugardus et
Drogo fratres. Vineam in eodem loco quam dedit
vobis Richardus. Vineam juxta torcular quam de-
derunt vobis Drogo et Theobaldus fratres. Vineam
juxta euindem locum in Hodani-vinea quam dedit
vobis Drogo. Vineam in eodem loco quam dedit
vobis Garterus Filamont: Vineam in codem loco
quam dedit vobis Hugo Clari-montis. Vineam in
eodem loco quam dederunt vobis Drogo et uxor
ejus. Vineam ad Melariam quam dedit vobis Simon.
Vineam ad Andelandi fontem quam dedit vobis
Galterus frater Balduini. Vineam in Bellilei quam
dedit vobis Lifridus. Vineam nomine Bellelai quam
dedit vobis Ancelinus Miles de Venderia. Vineam
nomine Gerundia quam habetis a sorore vestra
Rechitia et filia ejus Bertrude. Vineam in eodem
loco quem dedit vobis Garinus. Duas vineas quarum
unam habetis in Blacerio, aliam in Alandi vinea,
quas Aledis de Venderia et filii sui Alexander et
Simon dederunt. Vineam juxta Sorberium quam
dedit vobis Martinus. Vineam in Credie vinea quam
dedit vobis Gista. Vineam in Gunval quam dedit
Herbertus. Vineam in eodem loco quam habetis ab
Ascel. no Fasne fratre vestro et uxore sua. Vineam
in eodem loco quam dedit vobis Drogo de Salia et
uxor ejus. Vineam in Winapre quam dedit vobis
Rodulphus filius Aulae. Vineam in eodem loco
quam dedit vobis Holiardis. Vineam juxta torcular,
quam dederunt vobis Joannus et Bono fratres de
Parneio. Pratum juxta Parneium quod dederunt
vobis Galterus et Julio filius ejus, et Richardus et
Malvindus. Pratum quod dedit vobis soror vestra
Rechitia in Mollum (*Moulon*). Quinque molendina
quæ habetis, quorum quatuor sita sunt super
Mantheum fluvium, unum juxta Borleacurt nomine
Goranges, aliud juxta Vilars cum prato in quo
situm est; tertium et quartum in banno de Vandeni-
riis; quintum inter Vilars et abbatiam vestram. Al-
lodium quod dedit vobis Witerus de Escriptes, in
terræ, sylvis, pasturis, in finibus vestris villæ, as-
sensu Ricoldis uxoræ suæ et filii sui Garneri et
Heuvildis sororis suæ et aliorum et filiarum ejusdem
sororis, Lamberti videlicet et Galteri, Havueldis et

A Odilia. Allodium in eisdem finibus, quod dederunt
vobis in terris, sylvis, pasturis, Hugo de Tireio et
sorores sue et Hugo de Munzuns et uxor ejus
Bonafilia, assensu filii sui Theodorici et filiae sue
Falchatæ et Hugo de Bricio, assensu filiorum suo-
rum Herbranni, Hugonis et Arnulphi. Allodium in
eisdem finibus quod dicitur Berlaire, quod dede-
runt vobis Hauno de Grunsuncurt assensu aliorum
suorum Henrici, Stephani et Hugo et Bovo milites
de eadem villa, et Holiardis uxor Gerardus de Ram-
bervic, assensu filiorum et filiarum suarum Ful-
conis, Galteri, Hugonis et Elisabeth.

B Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus
aut sumptibus colitis, sive de nutrimento anima-
lium vestrorum nullus a vobis decimas exigere præ-
sumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e sa-
culo fugientes liberos et absolutos ad conversionem
recipere et eos absque contradictione aliqua reti-
nere. Prohibemus insuper ut nulli fratribus vestrorum
post factam in eodem loco professionem fas sit
absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere,
discedentem vero absque communium litterarum
cautione nullus audeat retinere. Inhibemus etiam
ne ecclesiæ, aut terras, seu quolibet ecclesiæ ve-
stre beneficium collatum liceat alicui personaliter
dari, seu alio modo alienari sine consensu totius
capituli, aut majoris et sanioris partis ejusdem.

C Si quæ vero donationes vel alienationes alter
quam dictum est factæ fuerint, eas irritas esse cen-
semus. Ad hæc autem adjicimus, ne aliqui cano-
nici, seu conversi sub protectione domus vestræ
astricti sine consensu et licentia abbatis et majoris
partis capituli vestri, pro aliquo fidejubeant vel ab
aliquo pecuniam mutuo accipient, ultra premium
capituli sui providentiæ provisum, nisi propter ma-
nifestam domus vesiræ utilitatem. Quod si facere
præsumperit non teneatur conventus, sine cuius
licentia et consensu hoc egerant, pro his aliquatenus
respondere. Præterea licitum sit verbis in causis
vestris fratres vestros idoneos ad testificandum ad-
ducere; atque ipsorum testimonio, si rectum fue-
rit, et propulsare violentiam et justitiam vindicare.
Ob evitandas vero sæcularium frequentias, liberum
sit, salvo jure diocesani episcopi et ecclesiæ paro-

D chialis, oratoria in grangiis vestris construere et in
ipsis, cum necesse fuerit vobis et familiae vestre,
divina officia celebrare. Pro chrismate vero, oleo
sacro, consecrationibus ecclesiarum, ordinationibus
clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promo-
vendi, sive abbate deducendo ad sedem, vel quibus-
libet aliis ecclesiasticis sacramentis nullus a vobis,
aut sub obtenu consuetudinis aut quolibet alio
modo quidquam audeat postulare. Si quis autem
contra hoc venire præsumperit, portionem cum
Giæzi se noverit habiturum, cuius factum exactione
turpis muneris imitatur. Sepulturam præterea ip-
sius loci liberam esse decernimus, ut eorum devo-
tioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deli-
beraverint, nisi forte excommunicati vel interdicti

sint, nulus obsistat, salva tamen justitia illarum A ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumentur.

Paci quoque et tranquillitati vestræ paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu gran- giarum vestrarum, nullus violentiam, vel rapinam, furtum committere, ignem apponere, seu hominem capere vel interficere audeat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præstatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnibus profutura, salva sedis apostolicae auctoritate et di- cescani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sacerdotalis persona, etc.

Ego Lucius, Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus, Portuensis et sanctæ Ruslinæ episcopus.

Ego Paulus, Prænestinus episcopus.

Ego Petrus, presbyter cardinalis tituli S. Su- zannæ.

Ego Vivianus, presb. card. tit. S. Stephani in Cœlio Monte.

Ego Cinthius, presb. card. tit. S. Cæciliæ.

Ego Hugo, presb. card. tit. S. Clementis.

Ego Arduinus, presb. card. tit. S. Crucis in J. ru- salem.

Ego Mæthæus, presb. card. tit. S. Marcelli.

Ego Laborans, presb. card. sanctæ Mariæ trans iherim tituli Calixti.

Ego Jacobus, diac. card. sanctæ Mariæ in Cosme- din.

Ego Rainierius, diac. card. S. Georgii ad Volum aureum.

Ego Gratianus, sanctorum Cosmæ et Damiani diacl. card.

Ego Ranerius, sancti Adriani diac. card.

Datum Laterani per manum Alberti sanctæ Ro- manæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, III Kalendas Februarii, indictione XIV, Incarnationis Dominicæ anno 1181, pontificatus vero Do- mini Lucii papæ III, anno primo.

XXXV.

Ecclesia S. Mariæ Eugebinæ possessiones et privilegia confirmat.

(Laterani.)

[*Ughelli, Italia sacra*, I, 639. — Diploma fere est idem cum eo quod jam eidem concesserat Ale- xander III papa, anno 1170, iii Kal. Novembris, indict. iv; hoc unum tantum peculiare legitur:]

B. Eugubino episcopo in omnibus cum possessio- nibus et aliis bonis vobis ab initio concessis, et antiquas et rationabiles ecclesiæ vestræ consuetudines, nec non decimationes, oblationes et mortuaria, quæ ab annis quadraginta et amplius vos asseritis per-

A crisse, sicut ea juste ac pacifice possidetis, vobis et eidem ecclesiæ presenti privilegio confirmamus. Prohibemus quoque ut infra antiquos terminos, tam majoris ecclesiæ quam aliarum ecclesiarum vestri episcopatus nullus de novo aliam plebem, vel ecclesiam, aut oratorium sine consensu vestri episcopi et vestro ædificare præsumat, salvis tamen privilegiis Romanorum pontificum, etc. Si qua igitur in futurum, etc. Hanc nostræ constitutionis, etc..

Locutus + sigilli.

Ego Lucius, Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus, Portuensis et S. Ruslinæ episc.

Ego Paulus, Prænestinus Ecclesiæ episcopus.

Ego Petrus, tituli S. Susannæ presb. card.

B Ego Vivianus, tit. S. Stephani in Cœlio Monte presb. card.

Ego Cinthius, tituli sanctæ Cæciliæ presb. card.

Ego Hugo tituli sancti Clementis presb. card.

Ego Jacinthus, diac. card. S. Mariæ in Cosme- din

Ego Raynerius, diac. card. tit. S. Georgii ad Ve- lum Aureum.

Ego Gratianus, sanctorum Cosmæ et Damiani diacl. card.

Ego Mauthæus, S. Mariæ Novæ diacl. card.

Datum Laterani per manum Alberti, S. R. E. presb. cardinalis cancell., iv Januarii, ind. xv, Incarnationis Dominicæ anno 1181, Pontif. vero D. Lucii papæ III, anno i.

XXXVI.

Ad I. priorem et fratres ecclesiæ S. Fridiani Licensis.

(Laterani, Febr. 2.)

[*BALUZ., Miscell., ed. Mansi, IV, 597.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis I. priori, et fratribus S. Fridiani, salutem et apostolicam benedictionem.

Relatum est nobis ex parte vestra quod D. prior ecclesiæ S. Martini Senensis, absque tuo, fili prior, et aliorum fratrum suorum consilio et assensu, contra etiam privilegia sedis apostolice insolita gravamina ipsi Ecclesiæ imponere pro sua temeritate præsumperit. Quoniam igitur quæ facta fuerint enormiter, apostolica debet auctoritate cassari, et culpa personæ non debet in damnum Ecclesiæ redundare, præsentibus litteris vobis indulgemus ut quod a præfato priore vobis inconsultis illicite factum est in manifestum detrimentum Ecclesiæ, non teneamini aliquatenus observare.

Data Laterani, iv Nov. Februarii.

XXXVII.

Ecclesia S. Waldestrudis Montensis protectionem suscipit bonaque ac privilegia confirmat.

(Laterani, Febr. 18.)

[*MIRZUS, Opp. diplom., III, 550.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in-

Christo filiabus ELISABETH priorissæ S. Waldetrudis, ejusque sororibus, tam presentibus quam futuris, canonica vitam professis in perpetuum.

Prudentibus virginibus, quæ sub habitu religiosis accensis lampadibus per opera sanctitatis jugiter se præparant ire obviam Sponso (*Math. xxv*), sedes apostolica debet præsidium impertiri, ne forte eujuslibet temeritatis incursum, aut eas a proposito revocet, aut robur (quod absit!) sacræ religionis infringat.

Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam S. Waldetrudis, in qua divino mancipate estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus.

Imprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum, et B. Augustini Regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Præterea, quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesiæ impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione Nðelium, seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firmo vobis et illis quæ vobis successerint illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum in primis in quo præfata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis; quæcunque apud villam de Nimy in terris, pratis, aquis, dominibus, molendinis habere noscimini; altare de Comis [Quesne] cum pertinentiis suis, quod vobis dedit Lictardus, Cameracensis episcopus, et quidquid in eadem villa possidetis; altare de Framerico cum appenditiis suis, de dono Alberti quondam Cameracensis episcopi et quidquid in eadem villa possidetis; altare de Mazca de dono Nicolai quondam Cameracensis episcopi; altare de Castres cum pertinentiis, quod vobis dedit Burchardus, quondam Cameracensis episcopus, et quidquid in eadem villa habere noscimini; altare de Braniavillotica cum pertinentiis suis, quod dedit vobis Lietbertus, quondam Cameracensis episcopus, et quidquid in ea villa habere noscimini; villam de Kevy, villam de Kuasrignon, villam de Hal, villam de Herentael, villam de Hostenade, villam de Gemapia, servos et ancillas ecclesiæ nostræ addictos; censum etiam quem vobis debet ecclesia de Guilenghiem, decem scilicet solidorum Valecenensis monetæ; censum quem vobis debet monasterium de Lieches, quinque solidorum monetæ Namurcensis.

Antiquas et rationabiles consuetudines ecclesiæ vestræ hactenus observatas, perpetuis decernimus temporibus inviolabiliter observari. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus solitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat vobis personas e seculo fugientes liberas et absolutas ad conversionem recipere,

A et eas absque contradictione qualibet retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, fas sit vobis, clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, submissa voce, officia divina celebrare.

Prohibemus insuper ne quis in vos, vel in ecclesiam vestram excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam absque manifesta et rationabili causa audeat promulgare. Sepulturam prætreæ ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se ibi sepeliri deliberaverint, nullus obsistat, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus corpora mortuorum assumuntur.

B Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut alii alias retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur corum pro quorum gubernatione aut sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; salva apostolica sedis auctoritate et diaconali episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona hanc nostræ constitutionis paginam, etc.

Ego Lucius, Catholicæ Ecclesiæ episcopus

Ego Theodinus, Portuensis et S. Rufinæ cardinalis episcopus.

Ego Petrus Tusculanensis.

Ego Paulus, Prænestinus episcopus, etc.

Datum Laterani per manum Alberti, S. R. E. presbyteri cardinalis cancellarii, xii Kalendas Martii, inductione xv, Incarn. Dom. 1181, pontificatus vero domini Lucii papæ nostri anno primo

XXXVIII.

Parthenonis S. Mariæ et S. Petri de Caroli-Castro protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat.

(Laterani, Febr. 25.)

[DUNOD Hist. des Sequanois, t. I, Preuves, p. 100.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, abbatissæ monasterii S. M. et S. P. de Caroli-Castro, ejusque sororibus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in prædicto monasterio.

Officium justa postulantibus indulgere vigor æquitatis et ordo exigit rationis, præsertim quando pertinentium voluntatem et pietas adjuvat et veritas non relinquit. Quapropter, dilectæ in Christo filiæ, justis vestris postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium, in quo divino mancipate estis obsequio ad exemplar felicis memorie Urbani, Alexandri, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam esse dignoscitur institutus in codem monasterio, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Præterea, quascunque

possessiones, quæcunque bona idem monasterium, juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis et his quæ post vos successerint et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

Noire et medietatem Ostelens; ecclesiam de Moolers cum quadam parte territorii; ecclesiam de Raons cum duobus mansis in eadem villa; villam Sancti Lamani cum appendiciis suis; ecclesiam de Brairi; in villa Arlaci mansos tres, et ecclesiam Sancti Vincentii; in castello Arlaci capellam Sancti Nicolai in Blaterans, sexdecim mansos et medietatem villa de Larnai; apud Vincens quinque mansos; in Lombar quatuor mansos, jus quod habetis in ecclesia Sancti Germani et Capellania in villa de Playnoisel; ecclesiam Sancti Remigii et mansum de Moseres; ecclesiam de Calmargis, in parochia de Vetars quidquid juste possidetis, castrum de Galardin, quod nobilis vir Willelmus comes in tua dilecta in Christo filia et aliorum plurimorum præsentia refutavit, ecclesiam de Juvinyey, ecclesiam de Arinthod; villam Plesiaci cum appendiciis suis, villam de Louveres, villam Moronensem in..... mansos tres, in Chilim quinque mansos; ecclesiam Turbionis cum ipsa villa; tertiam partem de Faisse cum ecclesia; ecclesiam de Fied cum ædificio domini Guidonis eremiti, in Beseno ecclesiam Sancti Joannis Baptiste; in Crottenai ecclesiam S. Petri, capellam de Novavilla, villam Ministroli; Carolicastrum integrum cum omnibus pertinentiis suis, et quidquid in parochia Ledolensi possidetis. Præterea, Willelmo comite Burgundionum et Matisconensis viam universæ carnis ingresso, Pontia comitissa, uxor ejus, cum Stephano et Gerardo filiis suis, tallias et alia emolumenta quæ in eorum terra contra justitiam faciebant, in præsencia venerabilis fratris nostri Humberti, Bisuntinensis archiepiscopi, supradictæ ecclesiæ, pietatis intuitu, refutarunt; et Tibertus de Montmoret ecclesiam Paintarum, campanariam et gerbariam quæ in quædam homines monasterii faciebat, et septem nummos, quos in festo sancti Martini annuatim in unoquoque manso et Caroli D Castrensi ecclesia exigebat, in præsencia quorundam nobilium pro animæ suæ remedio et salute reliquit.

Eadem refutationes præsentis scripti privilegio communimus, et inconcussas perpetuis temporibus permanere. Sane quieti vestre in posterum providere velentes, auctoritate apostolica inhibemus ut, in possessionibus coenobii vestri sine vestro et eorum quæ vobis successerint consilio et assensu, nullus omnino turre, domos, vel munitiones alias adificare præsumat; adjicientes etiam ut terras et possessiones ad vestrum monasterium pertinentes nullus, absque causa rationabili, vobis vel his

6) Signa chronologica sunt corrupta.

A qui post vos successerint nescientibus et invitatis, emendi habeat facultatem; et si emerit, venditio illa nihil habeat firmitatis. In electione autem abbatissæ nulla prorsus sacerdotalis persona, vocem vel potestatem sibi audeat arrogare; sed, obeunte te, Petronilla abbatissa dilecta in Christo filia, vel earum quæ tibi successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, præter eam quam sorores ejusdem loci, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beatissimi Benedicti Regulam providerint eligendam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere et minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur... pro quarum gubernatione ac institutione concessa sunt usibus omnimodis prolatura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Sane vos ad judicium bujus præscriptæ a Romana ecclesia protectionis, decem libras ceræ, septimo anno redeuntem, Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi reatum suum digna satisfactione cerixerit, potestatis honorisque sui dignitate caret, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat; et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini nostri Iesu Redemptoris Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiōni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic bona actionis fructum percipiant, et apud districtum judicem præmia eternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Sequuntur signa Lucii, Catholicæ ecclesiæ episcopi, et multorum aliorum, tam cardinalium quam episcoporum, et in fine:

Datum Laterani per manum Alberti, S. R. E. presb. cardinalis et cancellarii, v Kal Martii, indict. xv, anno Incarnationis Dominicæ 1181, pontif. vero D. Lucii pap. ann. iii (6).

XXXIX.

Privilegium super redempzione decimarum Osnaburgensis Ecclesie.

(Laterani, Mart. 2.)

[MÖSER, Osn. Gesch., IV, 102.]
Lucius episcopus, servis servorum Dei, dilectus filii capitulo Sancti Petri Osnaburgensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quæ a nobis rationabiliter expetuntur, animo nos decet libenti concedere, et ea effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus annuentes, decimas ad ecclesiam ipsam spectantes quibuscumque modis poteritis de manu redimere laicorum et eas, nullius contradictione obstante, vestris usibus applicare

liberam auctoritate præsentium vobis impendimus facultatem: Nulli ergo hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Laterani, vi Nonas Martii.

XL.

Privilegium de decimis laico non concedendis.

(Laterani, Mart. 3.)

[*Ibid.*, IV, 103.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri [ARNOLDO], Osnaburgensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatis tuae discrecio non ignorat, sicut pro certo credimus, quod cum decimæ sine periculo nequeant a laicis possideri, non sunt eis sub occasione aliqua concedenda. Ideoque auctoritate apostolica prohibemus ne decimas, quæ de manu laica sunt eripiæ vel liberari poterunt in futurum, cuiquam laicorum assignes, sed in refectionem ecclesiastarum et sustentationem clericorum et pauperum, sicut in canonibus est statutum, studiose convertas, ita quod ex hoc nec hominum detractionem incurras, nec indignationem divinam in supremo valeas examine formidare.

Datum Laterani, v Nonas Martii.

LUCIUS PAPA III.

XLI.

Privilegium de sepultura in ecclesia Osnaburgensi.

(Laterani, Mart. 3.)

[*Ibid.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.... præposito et conventui Osnaburgensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Si quando postulatura nobis quod juri conveniat, et ab ecclesiastica non dissonet honestate, petentiū desideriis facilem debemus impetrari consensum, eorumque vota effectu prosequente complere. Eapropter, postulationibus vestris gratum imperientes assensum, sepulturam ecclesiae vestræ libera in esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati qui se illuc sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullas obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Laterani, v Nonas Martii.

XLII.

Ecclesiæ et bona monasterii S. Cassiani de Carisio confirmata.

(Laterani, Mart. 8.)

[*Annal. Camaldul.*, IV, Append., p. 107.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto

A fratre ANGELO abbati Sancti Cassiani de Carisio, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Quoties a nobis petitur quod rationi et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentiū desideriis congruum impetrari suffragium.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium in quo divino estis mancipati obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia imprezentiarum juste et canonicæ possidet, aut in futurum concessionem pontificis, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, hinc vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam in eadem ecclesia noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Possessionum autem nomina duximus exprimenda :

VILLAM de Carisio cum curte et districto et omnibus pertinentiis ejus, cum flumine Rogulo; ecclesiam Sancti Michaelis de Monterulculo cum omnibus quæ habet et possidet, et cum omnibus quæ habetis in curte et castello de Peczole; ecclesiam

C Sancti Carbonii cum omnibus quæ habetis in villa et curte de Applano; et quæ habetis in Rocoia, et curte de Valli; et partem quam habetis in ecclesia Sancti Justi; et omnia quæ habetis in curte Aliga, et in curte et districto de Foliano, et in podio de monte Fusculo, et in curte de Alaireta cum ecclesia Sancti Andreæ et omnibus quæ habetis in eadem villa; ecclesiam Sancti Pontiani cum podio, villa et curte ejusdem; et quæ habetis in curte de Legul et in curte de Toguano, et in curte de castro Falsi; ecclesiam Sancti Petri de Libiano cum his quæ habetis in villa de Libiano; ecclesiam Sanctæ Mariæ de Griciano cum omnibus, quæ habetis in Griciano, et curte ejus; et omnia quæ habetis in Montecucari; et in curte de Monticlo, et in curte de Pava, et in curte de Casanova; et in villa de Padule, et in curte de Camuliano, et in curte de Palaja, et in curte de Montezano; et ecclesiam Sancti Fridiani de Pomponiano cum omnibus pertinentiis suis, et cum omnibus quæ habetis in castello, et curte et districto de Bibone; et quæ habetis in curte de Gavorrano; ecclesiam Sancti Andreæ de Ravi cum omnibus quæ habet et possidet, et omnia quæ ad vos pertinent in eadem curte de Ravi; ecclesiam Sancti Germani cum omnibus quæ possidet, quæ sita in curte de Collemajori, et quæcunque habetis in curte et districto de Buriano; et omnia quæ habetis in curte de Cunulo, et in curte de Ceole. Sane novatum vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis

animalium vestrorum nullus a vobis decimas-exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos et laicos e saeculo fugientes liberos et absolutes ad conversionem vestram recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper ut nulli fratum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco nisi arctioris religionis obtentu discedere, discedentem vero sine communium litterarum cautione audeat retinere. Porro cum generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clavis januæ, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare; parochialibus autem ecclesiis, quas tenetis liceat vobis sacerdotes eligere, et diocesano episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus debeant respondere. Prohibemus autem ne quis in vos excommunicationis aut suspensionis seu in monasterium vel ecclesias vestras interdicti sententiam absque manifesta et rationabili causa promulget. Cæterum chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, per diocesanum episcopum gratis et sine difficultate vobis præcipimus exhiberi.

Statim us insuper ut, infra fines parochiarum vestrarum, absque consensu episcopi diocesani et vestro nullus ecclesiam vel oratorium de novo ædificare præsumat, salvis tamen privilegiis Romanæ Ecclesiæ. Præterea sepulturam monasterii vestri liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quolibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona etc.

ADJUVA NOS, DEUS SALUTARIS NOSTER.

Ego Lucius, Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Theodinus, Portuensis et Sanctæ Rusinæ sedis episcopus ss.

- A Ego Petrus, Tusculanus episcopus ss.
 Ego Paulus, Praenestinus episcopus ss.
 Ego Petrus, tit. Sanctæ Susannæ presb. card. ss.
 Ego Vivianus, presbyt. cardinalis tit. Sancti Stephani in Cœlio monte ss.
 Ego Cynthius presb. card. tit. S. Cæcilie ss.
 Ego Hugo, presb. card. tit. Sancti Clementis ss.
 Ego Arduinus, tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem presb. card. ss.
 Ego Matthæus, tit. Sancti Marcelli presb. card. ss.
 Ego Hyacinthus, diac. card. Sanctæ Mariæ in Cosmedin ss.
 Ego Rainerius, diac. card. Sancti Georgii ad Volum Aureum ss.
 B Ego Gratianus, Sanctorum Cosmæ et Damiani diac. card. ss.
 Ego Rainerius Sancti Adriani diac. card. ss.
 per manum Alberti, sanctæ Romanae Ecclesiæ presbyteri cardinalis cancellarij, viii Idus Martii, inductione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1181, pontificatus vero domini Lucii III papæ anno i.

(Pendet consuetum plumbum sigillum.)

XLIII.

Privilegium pro Ecclesia Mutinensi.

(Laterani, Mart. 9.)

[TIRABOSCHI, *Memorie Moden.*, III, 82.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BONIFACIO, præposito Mutinensis Ecclesiæ, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, canonice substituendis in perpetuum.

Effectum juste postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo exigit rationis, præsentim quando potentium voluntates et pietas adjuvat et veritas non relinquunt. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestrī justis postulationibus clementer annuimus et præsatam Mutinensem Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis prædecessoris nostri Alexandri papæ, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fideliū, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant in quibus hæc propriis dñximus exprimenda vocabulis :

Ecclesiam de Moccena, ecclesiam Sancti Martini de Ponte ducis, decimam piscium ejusdem loci, tenementum Pelavicinii, Saccucci et comitis de Mas a, ecclesiam de Cesa et mansos quos ibi habetis, ecclesiam Sancti Jacobi de Aqualonga, et villam ejusdem loci, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Situla, castrum Panzani cum curte, et ecclesia, villam Marzani, ecclesiam Sancti Maronis, Myleu-

dinum et possessiones quas ibi habetis, medietatem Castri Novi, et ecclesiam, castrum Petrose, et ecclesiam, villam de Prato, villam de Guerlo, et ecclesiam, et quidquid habetis in curte Castri Veteris, ecclesiam de Monte Cuculo, ecclesiam Sancti Martini de Curso, plebem de Coligaria cum ecclesiis suis, scilicet ecclesia Sanctæ Mariæ in Strata sita juxta flumen Panarii, ecclesia Sancti Dalmatii et ecclesia de Coligarola, ecclesia Sanctæ Mariæ Magdalenæ, et Sancti Cusaldi et hospitali ejusdem ecclesie, quartam partem territorii Miotiræ cum decimis quæ jure proprietatis canonice vestre pertinet, et decimas quartæ partis ejusdem territorii ad episcopum pertinentis et monasterium quæ in præfata quarta parte canonice consistunt, et quidquid habetis in Soleria pro con cambio quod fecistis cum Mansfredino filio Bernardini quondam Mansfredi.

Antiquas præterea et rationabiles consuetudines ecclesiæ vestre hactenus observatas ratas habemus, et eas auctoritate apostolica confirmamus. Prohibemus quoque ut infra parochias ecclesiarum vestrum nullus ecclesiam vel oratorium sine assensu diocesis episcopi et vestro aedificare presumat, salvis tamen privilegiis Romanorum pontificum. Interdicimus etiam ne quis in vos vel ecclesiam vestram sine manifesta et rationabili causa excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare presumat. Sepulturam præterea Mutinensem civium eidem ecclesiæ liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia parochialium ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratum pars consilii senioris, secundum Dei timorem providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodi profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et episcopi vestri canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, etc.

Bene valete

Ego Lucius, sancte Romanae Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Theodinus, Portuensis et Sanctæ Rusinæ episcopus, subscripsi.

Ego Petrus, Tusculanus episcopus, subscripsi.

Ego Paulus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Petrus, presb. cardinalis titulo Sanctæ Suzzanniæ, subscripsi.

A Ego Vivianus, presb. cardinalis titulo Sancti Stephanii in Cœlio Monte, subscripsi.

Ego Cynthius presb. cardin. titulo Sanctæ Caeciliæ subscripsi.

Ego Hugo, presbyt. cardinalis titulo Sancti Clementis, subscripsi.

Ego Ard., presb. cardinalis titulo Sanctæ Crucis in Jerusalem, subscripsi.

Ego Laborans presbyter cardinalis Sanctæ Marie trans Tiberim titulo Calixti subscripsi.

Ego Hyacinthus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmedin, subscripsi.

Ego Rainierius, diac. cardinalis Sancti Georgii ad Vulum Aureum, subscripsi

B Ego Gratianus, Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis, subscripsi.

Datum Laterani per manum Alberti, sanctæ Romanae Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, vi Idus Martii, inductione xv, Incarnationis Dominiæ anno 1181, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno primo.

XLIV.

Privilegium concessum canonicis ecclesiæ Placentinae.

(Laterani, Mart. 10.)

[CAMPi, Hist. di Piacenza, II, 366.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis... præposito et canonicis ecclesiæ Placentinae salutem, et apostolicam benedictionem

C Dignum est et consentaneum rationi, ut singulis ecclesiis dignitates, et jura sua diligent studio conservemus, et ne aliquorum malignitate turbentur, congruam sollicitudinem adhibere. Hac itaque ratione induci, et vestris precibus inclinati auctoritate apostolica prohibemus, ne cui liceat infra parochias ecclesiarum vestrarum sine diocesis episcopi et vestro assensu ecclesiam vel oratorium construere, salvis nimis authenticis scriptis Romanæ Ecclesiæ.

Datum Laterani, vi Idus Marti

XLV

Canonicorum Placentinorum institutum sancit.

(Laterani, Mart. 10.)

[IBID.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis præposito, etc. (modo quo supra).

Relatum est nobis ex parte vestra, quod pensantes sollicitate facultates ecclesiæ vestre, et grave volentes scandalum evitare, communiter statuistis, ut tantum decem et octo canonici, et quinque custodes sint in ecclesia vestra. Quam utique constitutionem, ut majorem habeat firmitatem, queritis auctoritate apostolica confirmari.

Inde est, quod precibus induci numerum in canoniceis et custodibus prætaxatum, ad exemplar felicis recordationis Alexandri papæ prædecessoris nostri, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus: statuentes ut, nisi facultates tot comparaverint, quot sufficere

posse pluribus merito videantur, ipsum numerum
minime transcendatis, etc.

Datum Laterani, vi Idus Martii.

XLVI.

*Ad episcopos et clericos Scotie. — De absolutione
Willelmi, regis Scotie.
(Velletri, Mart. 17.)*

[MANSI, Concil., XXII, 474.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratibus, episcopis, abbatibus, clero et populo per Scotiam constituto, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum regibus tanquam præcellentibus Apostolus statuerit deferendum, dignum est et consonum rationi, ut eos tanquam filios charissimos propensius honoremus, et in devotione beati Petri et sacro-sancta Romanae Ecclesie, annuendo justis illorum desideriis, attendamus. Accepimus autem quod cum charissimus in Christo filius noster Willelmus, illustris rex Scotorum, electioni et consecrationi venerabilis fratri nostri Joannis episcopi inexorabiliter obviaret, obtentu litterarum sanctæ recordationis Alexandri papæ, prædecessoris nostri, bona memoria Rogerus Eboracensis archiepiscopus, et jam episcopus dictus, in eum et regnum et quosdam de regno sententiam excommunicationis promulgaverunt. Cæterum venerabilis frater noster Jocelinus, Glascensis episcopus, et dilecti filii Arnaldus de Melros et Osbertus Kalkoensis [Kalrensis] abbates, et Walterus, prior Sanctæ Columbae de Insula, propter hoc ad sedem apostolicam accedentes, sua nobis assertione monstrarunt quod archiepiscopus excommunicationis in regem, et interdicti in regnum, et episcopus jam dictus in quosdam de regno excommunicationis, sententiam protulerunt, quam ex multipli ratione retractandam fore rationaliter coram nobis et fratibus ostenderunt. Inde utique fuit quod præfata regi, tanquam charissimo in Christo filio deferentes, omnem sententiam jam dicti episcopi pro præfata causa in eum vel suos vel regnum prolatam de communione fratrum auctoritate apostolica relaxavimus, et statuimus illum et suos excommunicatione, et regnum interdicto ex præcripta sententia nostra non teneri. Quocirca universitatib[us] vestre per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus ei tanquam regi Catholicis, et habenti communionem apostolicæ sedis, participare minime dubitetis; sed in omnibus illi honorem congruum impendatis. Quanto enim certiores sumus de sinceritate devotionis illius ecclesiis et personis ecclesiasticis regni sui, tanto amplius eum volumus in omnibus in quibus secundum Deum possumus, honorari.

Datum Veletræ, decimo sexto Kalendas Aprilis.

XLVII.

*Monasterii Bellagliensis protectuarem suscipit pos-
sessionesque ac jura confirmat.*

(Velletri, Mart. 19.)

[Hugo, sacri et canonici ordinis Præmonstratensis Annales,
I. 1. Probat., pp. 247.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectus

A filiis abbati monasterii de Bellalaia ejusque fratibus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito revocet, aut robur (quod absit!) sacrae religionis infringat. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationi us clementer annuimus, et præfata ecclesiam de Bellalaia, in qua divino auxiliō estis obsequio, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis recordationis Iunocentii et Eugenii, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præscutis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes ut erdo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini Regulam, atque institutionis Præmonstratensis formulam, in eadem ecclesia institutis esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quas-cunque possessiones, quæcunque bona cadem ecclesia impræsentiarum juste et canonice possident, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum aut principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimentia vocabulis:

Locum ipsum in quo præfata ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Thuvanna cum capella de Reconvilber cum earum appenditiis, tam dote quam decimis; ecclesiam de Boecurt cum curte ejusdem loci et aliis suis appenditiis; ecclesiam Sancti Ursicini de Nugerol cum curte quam ibidem habet, et aliis appenditiis suis, Salmuris curtem cum vincis; Corceles et Marves, Cascale cum agris, Loueresce et Taragna, allodium in agris et pratis, allodium Mancoldi militis apud Belvilar et apud monasterium, allodium de Vernath, tam in silva quam in agris et pratis; allodium de Fornas, curtem de Racina cum appendiciis suis apud Divilier, allodium apud de Laimunt, allodium apud Corflawre, allodium apud Sonillier, allodium apud Wingelies, allodium Chunequidis apud Zazin-geim, allodium Fridelvoniis apud Bethelaica, allodium Cononis apud Corginnart, allodium apud Villar, allodium apud Buires, allodium, curtem de Montagis cum appenditiis suis apud Chouna, allodium, monasterium de Grangurt cum appenditiis, videlicet allodium de Cordemasche; curtem de Langier cum appenditiis suis, curtem de Girevilar cum appenditiis suis, allodium apud Althorielie cum omnibus eorum pertinentiis.

Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de uutritiuis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos et seculo fugientes, liberos et absolatos, ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliquis

retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam eodem loco professionem, fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare: chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diœcesano suspicatis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicae sedis babuerit, et ea vobis gratis et absque gravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin licet vobis quemcunque malueritis adire antistitem, qui nimur nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulget. Prohibemus etiam ut nullus, præter Basilensem episcopum, ipsius loci advocati occupare præsumat. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extrema voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Obeuote vero te, nunc ejusdem loci abbatem, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet sabreptionis auctorita seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii senioris secundum Dei timorem et beati Augustini Regulam providerimus eligendum. Paci quoque et tranquillitatí vestre patrum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut, infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum, nullus violentiam, vel rapinam seu sursum committere, ignem apponere, seu hominem capere vel interficere audeat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfata ecclasiā temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnino profutura, salva sedis apostolicae auctoritate et diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitar in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communia, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate caret, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscet, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

PATROL. CCI.

A Ego Lucius catholice Ecclesie episcopus.

Ego Petrus Tuscanus. episcopus.

Datum Velletri per manum Alberti S. R. E. presbyteri cardinalis et cancellarii, xiv Kal. Aprilis, inductione xiv, Incarnat. Dominicæ anno 1181, pontificatus vero domini Lucii papæ tertii anno primo.

XLVIII.

Privilegium pro monasterio S. Quintini Montensis.

(Velletri, April. 8.)

[GUIGERTI abbatis de Novigento Opera, p. 620.]

Lucius, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati Montis Sancti Quintini, ejusque fratribus tam praesentibus, quam futuris, etc.

B Effectum justa postulantibus indulgere, et vigor æquitatis et ordo exigit rationis; præstum quando potentium voluntatem et pietas adjuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino fili, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præsumptum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiaturum juste et canonice possident, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et filiis permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis:

C Duas partes decimæ quas acquisivisti in terris Joannis Bortel viginti solidos, etc.

Licet quoque vobis clericos et laicos e saeculo fugientes, liberos et absolutos absque alicujus contradictione ad conversionem recipere, et in vestro monasterio retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, nisi arctioris religionis obtentu, absque abbatis sui licentia, fas sit de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere.

D Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis, clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, submissa voce divina officia celebrare.

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, a vobis decimas exigere vel extorquere nullus præsumat. In parochialibus autem ecclesiis quas habetis, licet vobis sacerdotes elegere et diœcesano episcopo præsentare, quibus, si idonei fuerint, eis curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus debant respondere.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extrema voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat;

salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus A mortuorum corpora assumuntur. Pro chrismate vero, oleo sancto, consecrationibus ecclesiarum, ordinationibus clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, sive abbate deducendo ad se-dem, vel quibuslibet aliis ecclesiasticis sacramen-tis, nullus a vobis, aut sub obtentu consuetudinis, aut quolibet alio modo, quidquam audeat postu-lare.

Inhibemus etiam ne ecclésias aut terras, seu quod-libet beneficium ecclésiae vestræ collatum, licet alicui personaliter dari, seu alio modo alienari, sine consensu to-gius capituli, aut majoris et sanioris partis ejusdem. Si quæ vero donationes vel aliena-tiones aliter quam dictum est factæ fuerint, eas ir-ritas esse censemus.

Ad hæc autem adjicimus ne aliqui fratres seu conversi sub professione domus vestræ astricti, sine consensu et licentia abbatis et majoris partis capituli vestri, pro aliquo fidejubeant, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiant, ultra pretium capituli sui providentia provisum, nisi propter manifestam domus vestræ utilitatem. Quod si facere præsum-pserint, non teneatur conventus, sine cuius licentia et consensu hoc egerint, pro his aliquatenus re-spondere.

Præterea licitum sit vobis in causis vestris fra-tres vestros idoneos ad testificandum adducere, at-que ipsorum testimonio, si rectum fuerit, et pro-pulsare violentiam, et justitiam vindicare.

Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quilibet successorum, nullus ibi qualibet sub-reptione, astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratribus pars consilii sanioris, secundum Deum et beatitudini Benedicti Regulam providerint eligendum.

Decernimus ergo, etc. Ut supra, in litteris Eugenii papæ.

Ego Lucius catholice Ecclesiae episcopus.

Ego Theodinus Portuensis, et S. Rulinæ sedis episcopus.

Ego Petrus Tusculan. episcopus.

Ego Petrus presbiter cardinalis tit. S. Susan-nae.

Ego Vivianus presb. card. tit. S. Stephani in Cœlio Monte.

Ego Cynthius presb. card. tit. S. Ceciliæ.

Ego Arduinus presb. card. tit. S. Crucis in Je-rusalem.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ trans Ti-berim, tit. S. Calixti.

Ego Reinerius card. S. Georgii ad Vellum Au-reum.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diac. card.

Datum Velletri, per manum Alberti sanctæ Ro-mane Ecclesiae presb. card. et cancellarii, vi Id. April. anno 1181, papæ Lucii III anno primo.

Ad Theobaldum abb. Clun. — Statuit quod nullus ordo seu religio alia ponatur in parochiis juris Cluniacensium.

(Velletri, April. 11.)

[*Bullarium Cluniacense.*, p. 76.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dæi, dilecto filio THEOBALDO abbati Clun. ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Injuncti nobis a Deo apostolatus officium et ecclésiasticæ utilitatis consideratio nos hortantur et admonent illas Ecclésias, quas in sanctæ religionis observantia serventiores esse videmus, et eas honestate et religione pollere cognoscimus, ampliori charitate diligere, majoremque illis honorem ju-giter et gratiam exhibere. Eapropter, dilecte in Do-mino fili Theobalde, Ecclasiā tuā, vestigiis antecessorum nostrorum inhærendo, sincere et tenere, utpote speciale ac per omnia devotam filiam ap-osto-licæ sedis diligentes, dignum duximus tuis petitionibus assensum præbere. Conce-limus ergo tibi tuisque successoribus in perpetrum ut in parochiis ad jus tuum pertinentibus nullus futuris temporibus ordo, seu religio, nisi Cluniacensis ponatur; ea videlicet ratione, ne bona vel jura benignitate Romanorum pontificum Ecclésiæ tuæ collata, ob-tentu cuiuslibet novæ vel supervenientis religionis imminuantur aut auferantur. Statuimus nibilominus ut infra terminos parochiarum tuarum nullus cœmeterium absque assensu tuo construere præ-sumat, salva sedis apostolicæ auctoritate. Nulli ergo omnino hominum fas sit hujus nostri decreui sententiam infringere, seu ausu temerario pertur-bare. Si qua sane in posterum ecclesiastica sacu-larisve persona, hanc nostræ constitutionis pagiuam sciens, contra eam temere venire tentaverit, se-cundo tertioe commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reaniique se divino iudicio de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sa-cratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Re-demptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cum-ctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fru-ctum honœ operationis percipient, et apud distri-ctum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen!

Ego Lucius catholice Ecclesiae episcopus.

Ego Petrus Tusculan. episcopus.

Ego Rainierius diac. card. S. Georgii ad Vellum Aureum.

Ego Vivianus presbyter card. tituli S. Stephani in Cœlio Monte.

Ego Cynthius presb. card. tit. Sanctæ Ceciliæ.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Laborans presb. c. S. Mariæ trans Tiberim.

Datum Velletri, per manum Alberti S. R. E. presbyteri card. et cancellarii, iii Idus Aprilis, in-

dict. xv, Incarnat. Dominicæ anno 1182, pontifica-
tus autem domini Lucii papæ III anno primo.

L.

*Bona et jura prioratus Sancti Petri de Rumiliaco,
Boloniensis diæcessis, confirmat.*

(Velletri, April. 11.)

[*Bullarium Cluniacense*, p. 77.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori monasterii Beati Petri de Rumiliaco, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Quoties a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos debet libenti concedere, et potentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium Beati Petri, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Eugenii papa, prædecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum justæ et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

In episcopatu Lundoniensi ecclesiam de Stanford, ecclesiam de Lagesara, ecclesiam de Lagesara parva, ecclesiam de Cogeshala, ecclesiam de Teja, ecclesiam de Lanversoch ex dono Eustachii comitis Boloniensis, villam quæ vocatur Rumiliacus, et Burdes, et Fosseueis, et Pechim, cum terris a mari usque ad Fon., molendinis, aquis, aquarumque decursibus, adnociariis, pratis, pascuis, silvis, servis et ancillis, et cæteris appendicis suis. In Anglia, de dono comitis Eustachii, terram solventem annuatim viginti libras sterlinorum in villa quæ dicitur Fobinges. Locus autem ipse, scilicet prædictum ipsum monasterium de Rumiliaco cum omnibus pertinentiis suis, sicut hactenus fuisse cognoscitur, sub Cluniacensis monasterii obedientia et subjectione perpetuo consistat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diœcesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Petrus Tusculanensis episcopus.

Ego Vivianus presb. card. tit. Stephani in Cœlio Monte.

A Ego Cynthia presb. card. tit. S. Ceciliæ.

Ego Laborans presb. card. S. Marie trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Raiperius diaconus cardinalis S. Georgii ad Vellum Aureum.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis.

Datum Velletri. per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri, cardinalis et cancellarii, iii Idus Aprilis, indict. xv, Incarnationis Dominicæ anno 1182, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno primo.

LI.

*Monasterii Reichenbacensis protectionem suscipit,
possessiones confirmat, privilegia amplificat.*

(Velletri, April. 14.)

[*Ried. Cod. diplom. Ratisbon.*, I, 254.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis REIMBOTONI abbatii monasterii Sanctæ Mariæ in Reichenbach, quod in Ratisponensi episcopatu situm est, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Quoties a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et potentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium Sanctæ Mariæ de Reichenbach in Ratisponensi episcopatu situm, a bonæ memorie Diepaldo marchione, et uxore sua Adelheide constructum et beato Petro oblatum, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Calixti papa, prædecessoris nostri, sub beati Petri tutela et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Dei et beati Benedicti Regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum justæ et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel prin-

Cipum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit, absque abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtenu, de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem gene-

rale interdictum terræ fuerit, licet vobis, clausis A januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Pro chrismate vero, olio sancto, consecrationibus ecclesiarum, ordinationibus clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, sive abbatे deducendo ad sedem vel quibuslibet aliis sacramentis ecclesiasticis, nullus a vobis aut sub obtentu consuetudinis, aut quolibet alio modo quidquam audeat postulare.

Si quis autem contra hoc venire præsumpsert, portionem cum Giezi se noverit habiturum, cuius factum exactione turpis muneris imitatur (*IV Reg. v.*). Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communis consensu, vel fratum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, providerint eligendum. Illoc psūm etiam de advocati constitutione præcipimus; qui tamen advocatus, si fratribus gravis et monasterio inutilis fuerit, eo amoto, alium loco ejus substituendi liberam vobis concedimus facultatem.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro' quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, diœcesani episcopi consueta justitia. Ad indicium autem hujus a Romana Ecclesia perceptæ libertatis, aureum unum annis singulis nobis nostrisque successoribus persolveret, quemadmodum a prædicto marchione Diepaldo noscitur institutum. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Subscripserunt cum papa decem cardinales assensum D prædicto protectorio præbentes.

Datum Velletri per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, octava decima Kalendas Maii, inductione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1182, pontificatus vero Lucii papæ III anno primo.

Plumbum: LUCIUS PP. III.

LII.

Ecclesia Gradensis privilegia, petente Henrico patriarcha, confirmat. (Fragmentum.)

(Velletri, April. 18.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, V, 1131. Hic subscriptiones tantum et tempus dati diplomatis exhibentur, lectore revocato ad bullam ab Adriano IV Ec-

clesiae Gradensi concessam. Vide *Patrolögæ t. CLXXXIII.*]

Datum Velletri per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presb. card. et cancellarii xiv Kal. Maii, indict. xv, Incarnationis Dominicæ 1182, pontificatus vero D. Lucii papæ tertii anno 1.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Petrus Tusculanensis episcopus.

Ego Vivianus presb. card. tit. S. Stephani in Cœlio Monte.

Ego Cynthus presb. card. tit. S. Ceciliæ.

Ego Arduinus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ trans Tiberim, tit. Callisti.

B Ego Rainerius diacl. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diacon. card.

Ego Ardicius S. Theodori diaconus card.

LIII.

Monasterii S. Mariæ Cellæ superioris Wirzburgensis possessiones confirmat.

(Velletri, Maii 1.)

[HUGO, *Sacri et canonicī ordinis Praemonst. annales*, t. I, Prob., p. 387.]

C Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis RABENOLDO abbatì monasterii S. Mariæ semper Virginis in Cella, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis.

...In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prælibatum monasterium constructum est, cum adjacenti sanctimonialium Cella et curiis monasterio contiguis, Herstart videbit, et illa que est ultra fluvium Wrogi sita cum prædiis et decimationibus et omnibus pertinentiis suis cultis et incultis; montem etiam qui Rotemburg dicitur, cum omni proventu suo. Ad hæc concacibium illud quod inter vos et inter episcopum Nuwenburgensem et ecclesiam ipsius, per manus advocati ejusdem ecclesiæ, scilicet Theotinis comitis, filii marchionis Conradi, et per manum Manegoldi cuiusdam nobilis de Wilpere, et filiorum suorum, quemadmodum felicis recordationis prædecessor noster Alexander papa et imperator Fredericus, Heroldus Wirtzburgensis episcopus, Tuto Nuwenburgensis episcopus, et ipsa Nuwenburgensis Ecclesia privilegiis suis confirmaverunt. Sunt autem hæc omnia honorum que Nuwenburgensi Ecclesiæ in concambio data sunt; bona in Hinsmisart, et in Hostein, in Garbach et in Birckinvald, de quibus singulis annis viginti octo marce ecclesiæ Nuwenburgensi solvuntur. Hæc autem bona in concambio sunt recepta: Haselbrunen villa quedam et villa que Walprunnen dicitur, et duæ partes villa que Albestatt dicitur, tertiam vero partem ejusdem villæ a canoniciis majoris ecclesiæ in Wirciburg pro annuo canone vos manu tenetis, cum villa que Lusenbach dicitur, et cum bonis quibusdam in Hisingen, unde singulis annis sex libras Wirtzbur-

gensis monetæ persolvitis. Mansos sexdecim quoque A quos bonæ memoriarum Heroldus Wirtzeburgensis episcopus, tres libras cum decimis in Turrebach, ad opus infirmorum vestro cœnobio contulit, unde singulis annis librām ei persolvitis. Insuper curiam in Mose et curiam in Richesbrunnen, cum decimis et omnibus pertinentiis suis, et curiam in Wirciburg, et bona vestra in Gernestadt et in Karbach, et curiam in Hetingesfeld cum vineis attinentibus. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus vestris colitis, sive de nutrientiis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Paci quoque et tranquillitatí vestræ paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut, infra clausuras locorum vel grangiarum vestrarum, nullus violentiam, vel rapinam seu furtum committere, aut ignem apponere, seu hominem capere, vel interficere audeat. Liceat quoque vobis clericos aut laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos absque alicujus contradictione ad conversionem recipere et in vestra ecclesia retinere.

Prohibemus insuper ut nulli fratribus vestrorum, post factam in eodem loco professionem, sine abbatis licentia fas sit de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, januis clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, submissa voce, divina officia celebrazione. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbatem, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quilibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communii consensu, vel fratum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Augustini Regulam providerit eligendum. Se pulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfata ecclesiam temere perturbare, etc.

Ego Conradus Sal. minister Galinensis episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufinæ sedis episcopus.

Ego Petrus Tusulan. episcopus.

Ego Petrus tit. S. Susannæ presbyt. card.

Ego Vivianus tit. S. Stephani in Cœlio Monte presb. card.

Ego Cynthius presb. card. tit. S. Ceciliæ.

Ego Arduinus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Matthæus presb. card. tit. S. Marcelli.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ trans Tiberim. tit S. Calixti.

Ego Jacobus S. Mariæ in Cosmedin. diac. card.

Ego Arditio S. Theodorici diac. card.

Ego Rainerus S. Georgii ad Vellum Aureum diac. card.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Rainerus diac. card. S. Adriani.

Datum Velletri per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, Kalend. Maii, indictione XIV, Incarnationis Dominicæ anno 1181, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno I.

LIV.

Ecclesiam S. Marie de Reno tuendam suscipit et ejus bona ac jura confirmat.

(Velletri, Maii 3.)

[TROMBELL, Mem. di Reno, p. 376.]

B LXXXI episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GERARDO priori ecclesie Sanctæ Mariæ de Reno, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

C Cum nobis sint, liceat immeritis, omnium Ecclesiæ cura et sollicitudo commissæ, pro statu Ecclesie vestræ pastoralem cogimur sollicitudinem gerere, et paci vestræ, prout nobis Dominus dederit, intendere diligenter. Ut autem a pravorum incursibus apostolica sitis defensione muniti, Ecclesiam vestram in qua divino estis obsequio mancipati, induci piis precibus et justis postulationibus vestrīs, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionē pontificium, largitione regum vel principum, oblatione fideliū, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit ad ipsi, firma vobis vestrisque successori bus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duimus exprimenda vocabulis :

D Locum ipsum in quo prædicta ecclesia construēta est, cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Andreæ, in Turricella, ecclesiam Sancti Domini juxta Bognum, ecclesiam Sancti Salvatoris; possessiones quæ fuerunt Gerardi de Sala; ecclesiam Sanctæ Paxedis, sicut a piæ memoriarum prædecessoribus nostris Anastasio et Alexandro, Romanis pontificibus, vobis concessa est, salvo jure et reverentia cardinalis qui pro tempore in eadem ecclesia fuerit; ecclesiam Sancti Jacobi quæ dicitur Casa Dei, cum pertinentiis suis; pontem qui juxta ecclesiam vestram super Renum situs est, cum suis possessionibus. Libertates quoque et immunitates rationabiliter indultas a bonæ memoriarum Henrico et Girardo Bononien. episcopis ecclesie vestræ, et aliis ecclesiis vestrīs quas prædiximus, videlicet ut cum omnibus rebus suis, tam mobilibus quam immobilibus, ab omni conditione et a servitio et tributo tenentium ab episcopo, tam monachorum et clericorum quam laicorum, vel alicujus, tam magnæ quam parvæ personæ, dominio, præter episcopale jus liberæ sint penitus et quietæ, ratis habemus et firmas easque perpetuis temporibus illibatas.

manere censemus. Liceat etiam vobis clericos et laicos A e saeculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et in vestra ecclesia absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit de eodem loco absque licentia prioris sui nisi obtentu' arctioris religiosis descendere; discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat restringere. Et si aliquis ipsorum fratum extra claustrum ausus fuerit sine praedicta licentia permanere, si secundo tertiove commonitus resipiscere forte contempserit, liceat priori ejusdem loci excommunicationis in ipsum tanquam in professum suum sententiam promulgare.

Præterea decimas quas a quadraginta annis inconcussas tenuistis, et nunc pacifice retinere noscimini, vobis et ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus. Prohibemus etiam ut nulli fas sit vobis vel ecclesiæ vestræ novas et indebitas exactiones imponere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad hæc, ordinationes clericorum vestrorum a quo malueritis catholico episcopo suscipiendi liberam vobis concedimus facultatem, sicut memorati episcopi facultatem ipsam vobis per authentica scripta induisse noscuntur. Fructum quoque vestrorum undecunque de episcopatu' Bononiensi venientium, vobis decimas confirmamus, sicut eadem decimæ sunt ab eisdem episcopis ecclesiæ vestræ provida circumspectione concessæ. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Augustini Regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare; aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro D quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et Bononiensis episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, etc.

Ego Lucius catholicae Ecclesiæ episcopus.

Ego Chunradus Sal. minister et Sabinensis episcopus ss.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rusinæ sedis episcopus ss.

Ego Petrus Tusculan. episcopus ss.

Ego Petrus tituli S. Susannæ presb. cardinalis ss.

A Ego Vivianus tit. S. Stephani in Coscio Monte presb. card. ss.

Ego Cynthus presb. card. tit. Sanctæ Ceciliae ss.

Ego Arduinus presb. card. tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem ss.

Ego Matthæus presb. card. tit. Sancti Marcelli ss.

Ego Laborans presb. card. Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Calixti ss.

Ego Hyacinthus diaconus card. Sanctæ Mariæ in Cosmedin ss.

Ego Ardicio Sancti Theodori diacon. card. ss.

Ego Rainerius diac. card. Sancti Georgii ad Vulum Aureum ss.

B Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis subscripti.

Datum Velletri per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presb. cardinalis et cancellarii, v Ninas Maii, indictione xv, Incarnationis Dominicae anno 1182, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno i.

LV.

Burgundi episcopi Argentinensis statuta de juribus prepositi Haselacensis et canonicorum ibidem confirmata.

(Velletri, Maii 9.)

[WURDWEIN, Nova subsidia diplomatica, t. X, p. 121.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canoniciis Sancti Florentii Haselacensis, tam præsentibus quam futuris, legitime substituendis, in perpetuam memoriam.

Ea quæ sunt pro Dei cultu rationabiliter de prælatorum auctoritate statuta in sua debent stabilitate consistere, et ne possint malignitate quorumlibet a suo statu divelli apostolico patrocinio communiri. Hinc est quod, cum pro distributione præbendarum ecclesiæ vestræ frequens inter vos scandalum oriretur, beatæ memorie B. quondam Argentinensis episcopus, prout ex ejus scripto comparet, de scandalo sedando sollicitus, communicato fratum suorum consilio, ita denum cum auxilio gratiae celestis effecit quod, omni scissura deposita, quæ debeantur vobis expressit, prout deputata. Sane B. quondam præpositus vester decimas ad ecclesiam vestram pertinentes vobis, memorato episcopo suadente, concessit, videlicet de Hostoven, de Hernoldesbœim decimas vini duntaxat, et post oītum ejus decimas frumenti et aliorum et decimas insuper de Hurmaten in Brussetal. Idem vero episcopus, dum præposituram Ecclesiæ vestræ in ipsa manu teneret, decimas de Sulcen et sex agros vñeti Buytēnheicim, et tres in Westhoven, eo tenore concessit, ut nulli unicuique præposito, qui aliquando vestræ præcesset Ecclesiæ, vobis ea subtractandi pateret facultas. Insuper etiam prædictus B. præpositus molendinum quoddam quod proprietario jure tenebat, cum adjacenti prædio in villa Tunguencsin eidem ecclesia pia dævolutione concess-

sit, ita tamen ut, dum viveret, eis libere frueretur, A et eo decedente ad ecclesiam vestram sine qualibet contradictione rediret, et vos in eius anniversario de præscripto molendino deberetis quatuor quartalia frumenti pauperibus erogare. Præterea B. de Cunze prædium quoddam in præcripta villa pro sua vobis salute legavit, eo quidem tenore, ut C. filius ejus concanonie vester istud prædium in sua vita possideat, et in anniversario patris duodecim panes claustrales et situlam vini et duodecim denarios pauperibus largiatur, et, eo decedente, jam dicta ecclesia in ipso prædio ei, nullo contradicente, succedat; hæc autem omnia, prout ea rationabiliter possidetis, vobis et ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus.

Ad hæc, cum de cooperienda ecclesia vestra et de aliis quæstio suborta fuisset, recognitum est coram episcopo supradicto, prout ejus scriptum continet, quod præpositus dimidiæ, et episcopus aliam partem ecclesiæ debeant reparare, quoties in aliquo reparatione egebit. Insuper etiam præpositus officinis fratrum, videlicet claustro per totum, dormitorio, refectorio, pistrino, cellario, molendino ne aliqua negligentia defectum procuraret sollicite præcavebit, et si etiam aliqua a suo statu ceciderint ea de proprio restaurabit defectuque rei familiaris et divinorum obsequiorum cum onni diligentia providebit. Et si aliquo ex ipsis negligentia vel incuria super his ecclesia vestra senserit detrimen- tum, idem præpositus illata damna tenebitur re- C sarcire. Cellerarium etiam fratrum cum omni diligentia procurabit, quo eorum præbendas, vide- nit frumentum et vinum ipsius custodiæ depositum usibus fratrum fideliter referentur, ne aliquo casu perdantur. Si vero desperita fuerint, omnia restau- rabit, nec sine communi electione fratrum ad recipiendum aliquem in canonicam potestatem habebit; decanum quoque, magistrum scholarum, custodem, portuarium, cellararium non nisi ad electionem fratrum constituet; nec etiam ad pistorum constituendum, nisi electio fratrum accedit, manus extendet; vasa quoque vinaria, quotquot fratrum fuerint usibus necessaria, ex proprio ministrabit, et his tabe aut vetustate consumptis, alia nova tenebitur exhibere. Nullam autem curia- rum, quarum donatio ei de jure præpositoræ com- petit, sine fratrum electione locabit. Beneficium autem aliquod claustrale cum vacaverit, nulli jure successorio conferatur. Præpositus autem illi canonico, qui ab eo proximum locum obtinet, illud concedere non denegabit, si tamen id ab ipso devo- tionis studio fuerit postulatum. Si vero beneficium illud postulare noluerit, præpositus ipsum confe- rendi cui ecclesiæ vestræ canonico maluerit faculta- tem habebit, singulorum tamen facultate considerata, nec si unum ditare intendat, ut aliis occasionem scandali præstare videatur.

Præpositus insuper præhendas fratrum recipere debet de curia videlicet Kircheim, de qua singulis

annis centum triginta quartalia frumenti ad mon- suram ecclesiarum Argentinensis civitatis, et quinque carcasas vini, vobis debet exsolvere, præter decem quartalia frumenti quæ debet decano, et præter quinque quartalia, quæ præbendæ eleemosy- nariæ dare tenetur. Denarios quoque fratrum vesti- bus deputatos præpositus ministrahit, et ita ne fratres in officiorum divinorum possint celebratione tèpere. Calefactoriam etiam a festo B. Martini usque ad Cœnam Domini diebus singulis ad usum fratrum per ministrum suum faciet califseri, et fenum prati de Urmatten in ipsorum fratrum utilitatem etiam propriis expensis secari.

B Ne ergo contra id quod statutum est præpositus quidquid vobis subtrahere valeat, aut vos ab eo debeatis requirere quod ipse vobis solvere nec dare teneatur, hæc quæ prædictimus, prout sunt de vestri episcopi auctoritate statuta et in ecclesia vestra servanda, futuris temporibus præcipimus integra permanere.

Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præstatam ecclesiam temere conturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet vexationibus perturbare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate, et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua ergo in futurum ecclesiastica sacerularisve persona, etc.

Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus.

Ego Petrus tit. S. Susannæ presbyter cardinalis.

Ego Vivianus tit. S. Stephani in Cœlio Monte presb. cardinalis.

Ego Cynthius presb. card. tit. S. Ceciliae.

Ego Arduinus presb. card. tit. S. Crucis in Jeru- salem.

Ego Matthæus presb. card. tit. S. Marcelli.

Ego Laborans presb. card. Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Galixti.

Ego Hyacinthus diaconus card. S. Mariæ in Cos- medin.

Ego Ardicio Sancti Theodori diac. card.

D Ego Raynerus diaconus card. S. Georgii ad Ve- lum Aureum.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Chonradus episcopus Salsburgensis Ecclesiæ minister.

Ego Theodrinus Portuensis et S. Rufinæ sedis episcopus.

Ego Petrus Tusculanensis episcopus.

Ego Paulus Prænestinus episcopus.

Datum Velletri per manum Alberti S. Romane Ecclesiæ presb. card. et cancellarii vii Idus Maii, inductione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1182, pontificatus vero domini Lucii papæ tertii anno primo.

LVI.

Monasterio Riepholtenensi assertit redditum, a Liemaro quondam archiepiscopo Hamburgensi concessum.

(Velletri, Maii 15.)

[*LAPPENBERG, Hamburg. Urkund., I, 230.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, præposito ecclesiæ Sancti Maurici de Riepholt, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuū.

Cura suscepti regiminiis monet nos propensius et hortatur sic circa decoru domus Domini sollicite vigilare, ut ministri ejus statuta canonica in qua conversatione custodiant, et ad usum vitæ præsentis, juxta quod Apostolus statuit, ut qui altario servit, de altario vivat, necessaria stipendia consequantur. Propositum autem est nobis ex parte vestra, dilecti in Domino filii, quod bonæ memorie Liemarus, Bremensis quondam episcopus, de obsequio nostri Creatoris et sustentatione ministrorum ejus in ecclesia vestra, pro episcopalibus officiis administratione sollicitus, prout inferius adnotatur, clericis in ecclesia vestra Domino servientibus necessaria stipendia providere curavit et perpetuis temporibus constituit exhibenda: omni scilicet die panem unum tautæ magnitudinis, ut septem possint de mensura modii illius loci formari; quatuor becarios cervisiae, unum denarium Gavariensis monetæ per singulos dies, et decem solidos annuatim ad utilitatem vestium comparandam. Constituit etiam et superaddidit, omni die Dominico pulchrum panem silinginum et denarium cum becario medonis vel duobus cervisiae. In majoribus autem festivitatibus, videlicet in Natali Domini, ipsis quatuor diebus, in Circumcisione Domini, in Epiphania, in Purificatione sanctæ Mariæ, in festivitate sancti Matthiæ, in depositione carnis, in die sancto Paschæ cum proximis tribus diebus, in festivitate apostolorum Philippi et Jacobi, in Ascensione Domini, in die sancto Pentecostes, in feria secunda, in tertia, in quarta, in festo sancti Joannis Baptiste, in festivitate apostolorum Petri et Pauli, et Jacobi, Laurentii, in Assumptione sanctæ Mariæ, in festivitate sancti Bartholomæi, in nativitate sanctæ Mariæ, in festivitate sancti Matthiæ apostoli, sancti Mauriti, et in dedicatione ejusdem ecclesiæ, in festivitate sancti Michaelis, sanctorum apostolorum Simonis et Judæ, Omnium Sanctorum, et sancti Willebadi, Andreæ et Thomæ apostolorum unicuique pulchrum panem, quatuor insimul porellum ablactatum et pullum, vel privatim denarium. Tres becarios unicuique presbytero medonis, duos diacono, totidem subdiacono, vel bis tantum electæ cervisiae. Addidit in super ad supplementum præbendæ pro debito charitatis solyendum, quidquid pro sepulturis mortuorum in denariis sive prædiis pia fuerit devotione collatum. Quidquid vero reddituum sive census super expensam præbendæ fratrum remanere contigerit, in redificationem et structuram ec-

A clesiae, sive in augmentum ornatus atque librorum, consilio et assensu fratrum et parochianorum colligi statutum est et converti. Obeyente vero præposito, qui ibi pro tempore fuerit, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum timorem Dei providerint eligendum.

Nunc igitur, quia contra malignorum incursum auctoritatis apostolice petivitis munimine robori, nos ad exemplar sanctæ recordationis Alexандri papæ, prædecessoris nostri, petitioni vestre grato concurrentes assensu, prædictam constitutionem auctoritate apostolica confirmamus, et ratam futuris temporibus permanere censem, ecclesiam B vestram sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus,

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfata ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva sedis apostolice auctoritate et diocesanepiscopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, etc.

Datum Velletri, per manum Alberti, Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, xviii Kalendas Junii, indictione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1181, pontificatus vero domini Lucij papæ III anno primo.

LVII.

Gerardo archiepiscopo Ravennati mandat et ut sacramentum apud se dicere plèbis S. Mariæ in Portu, plèbis S. Martini in Maiera incolas atque alios in ditione Ferrarensi jubeat, quos, jurata archiepiscopi obedientia, Ferrarensium consudum jussu, Pericinus eorum internuntius, exemerat.

(Velletri, Maii 21.)

[Vide RUBEI Historiam Ravennatæ, p. 353.]

LVIII.

Monasterium Dudleyense tuendum suscipit et ejus possessiones ac privilegia confirmat.

(Velletri? Jun. 16.)

[Monasticon Anglic., I, 614.]

D *Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilertis suis EVERARDO priori ecclesiæ de Dudleia ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.*

Qui postpositis sæcularibus desideriis sub regulari disciplina suum voverunt Domino servitum, apostolico debent patrocinio communiri, ne in sui propositi executione tepestant, si pravorum fuerint injuriis lacesciti. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfata ecclesiam in qua divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem stuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et B. Benedicti Regu-

Iam atque institutionem Cluniacensium fratrum in eadem ecclesia noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis : ecclesiam S. Jacobi de Dudley et capellas ejusdem villæ Sancti Edmundi et s. . . ; ecclesiam de Deggstei, cum pertinentiis suis; ecclesiam de Porfledi cum capella de Cotton, ecclesiam de Angle... cum pertinentiis suis; ecclesiam de Bratetelde cum capella de Englefeld de donatione Gervasii Paganelli; ecclesiam de Womburne cum capella de Tresel et aliis pertinentiis suis de donatione Guidonis de Offeni; ecclesiam de Settle cum pertinentiis suis de donatione Radulfi de Settle; ex donatione Agnetis de Somery villam de Chyrchille cum pertinentiis suis; ex donatione Osberti de Kenefara villam de Saredune cum pertinentiis suis; ex donatione Roberti de Chandeu unam virgatam terræ in villa de Wolzone; et terras de Angepenne, ex dono Joannis Mansell. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis clavis januæ, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrientiis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. In parochialibus vero ecclesiis quas habetis licet vobis clericos vel sacerdotes eligere et diœcesano episcopo præsentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, nobis vero de temporalibus debeant respondere. Liceat vobis quoque clericos vel laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem vestram recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ne quis post factam in Ecclesia vestra professionem, nisi arctioris religionis obtentu, discedere de eodem loco præsumat; discedentem vero sine communione litterarum cautione nullus audeat retinere. Antiquas quoque et rationabilè consuetudines, in Ecclesia vestra hactenus observatas, futuris temporibus ratas decernimus permanere.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum monasterium in aliquo perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, mi-

A nuere, aut quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diœcesani episcopi canonica justitia et debita reverentia Cluniacensi Ecclesiæ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reainque se divino judicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus s' t' pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum, etc., vi Kalendas Julii, inductione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1190 [leg. 1182]; pontificatus vero domini Lucii papæ III primo.

LIX.

Privilegium pro ecclesia S. Mariæ Alteriacensi.

(Velletri, Jun. 18.)

[HUGO, *Sacræ antiquit. monum.*, I, 210.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis MILONI abbati ecclesiae Sanctæ Mariæ Alteriacensis ceterisque fratribus, tam præsentibus quam futuris, omnibusque aliis, apostolicam benedictionem in perpetuum.

Religiosam vitam diligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eas a proposito revocet, aut robur (quod absit!) sacræ religionis confringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestrīs justis postulationibus clementer annuentes, et præfata ecclesiam Sanctæ Mariæ Alteriacensis, in qua divino mandato estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus qui secundum Deum et beati Augustini Regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum scilicet qui nuncupatur 'Alteriacum, in quo ecclesia præfata fundata est, cum decimis, et omnibus appendiciis suis, in terris cultis et incolitis, pratis, aquis, silvis, per terminos designatos, scilicet per duos Chilimontes (*Chillemont*), per mun-

tem Alteriaci, per Chelminpi guttam (*la goutte ou la source de Chellement*), usque Mortaniam, et ex alia parte per vadum Sapinci (*le roid du sapin*), usque Mossur (*Mossouz*) et cunctas terras de Nusfai, censum minime solventes, cum pasturis totius banni Rambertivilkæ; locum de Guandeborzoch (*la Souche*, cum decimis et pasturis totius banni de Nozuncourt (*Nossoncourt*) perpetuo jure tenendas, sub tali conditione quod predicta ecclesia duodecim nummos Metensis monetæ capitulo S. Stephani singulis annis in synodo post festivitatem Omnim Sanctorum persolvet, ita tamen quod si aliqua in illibus Alteriaci ad ædificationem ecclesiae Dei sint in usibus utilia, nullo prohibente sive contradicente sumantur; Theodorico de Danubio ejusdem loci advocate, et ceteris ministerialibus annuentibus et laudantibus. Dimidium molendini de Anglemont, sub censu unius nummi a Stephano quoniam Metensi episcopo vobis concessum. Alodium quod Theodoricus advocatus Rambertivilkæ habebat apud Vicum; terram apud Nozuncourt quam Widericus miles de Spinis, consensu Widerici filii sui vobis dedit, cum decem jornalibus terræ, pro quibus et pro reliqua terra sex nummos singulis annis villico ejus in festo sancti Remigii persolvitis. Decimas de propriis laboribus vestris quos fratres vestri in horreo in prætaxata terra sito colligunt. Piscariam aquæ quæ Mortania dicitur inter Mossur (*Mossouz*), et Baldinchain (*Baldonchamp*) quam Theodoricus quondam Metensis electus quiete et absque omnium circummanentium inquietatione, possidendum vobis dedit. Ex libertate quod nullus infra metas, contra vestram voluntatem piscari præsumat, ita tamen quod predictus electus castores et bannum ipsius loci in manu retineat. Sedem Molendini in banno de Nuzuncourt a predicto electo cum conductu aquæ per pratum suum, quantum molendiu necessarium fuerit, vobis concessam.

Tres terras quas apud Vicum liberas ab omni redditu et exactione possidetis. Pasturas in banno de Volmecurt quas Theodoricus ejusdem villæ advocate sub censu unius nummi Tullensis monetæ vobis concessit, ita quod in festivitate beati Martini sive infra octavas villico de Volmecurt annuatim persolvitis. Decimas laborum vestrorum quas Guapinus sacerdos Rambertivilkæ, et Albricus nepos ejus sub censu septem nummorum singulis annis in Kalendis Octobris persolvendorum vobis concessit. Decimas laborum vestrorum quas Cono presbyter Dillonis-villæ assensu Petri Leucorum episcopi tam in segetibus quam in pratis et nutrimentis in perpetuum vobis concessit, sub censu duodecim nummorum Tullensis monetæ in Kalendis Octobris persolvendorum, et quidquid Willelmus miles Rambertivilkæ in decimis ecclesiae vestræ et grangiarum vestrarum se fatebatur habere. Et quidquid fratres vestri ab Atrio de Joannenil et de Thiarmenni et supra elaborave-

rint, uxore sua laudante cum liberis suis, et Raynaldo clero fratre suo, assensu Petri Leucorum episcopi in perpetuum sub censu sex nummorum in festo sancti Remigii persolvendorum, vobis concessit. Terras et decimas ad ecclesiam Dillonisvillæ (*Glonville*) pertinentes quas Hermannus quondam Mediani cœnobii abbas assensu capituli sui tali conditione vobis concessit, ut in festo depositionis sancti Idulphi pro decimis uniuscujusque carrucae singulis annis duos soldos Tullensis monetæ ecclesiae suæ persolvitis. Decimam quam habetis a Gerardo abbe cœnobii Senoniensis, assensu capituli sui a villa de Berrue et supra, et a villa de Thiarmesnil et supra, tam in nutrimentis, quam in agricultura sub censu duorum solidorum in nativitate beati Joannis super altare Sancti Stephani in cella Danubrii (*Deneuvre*) persolvendorum; fundum qui in communitatibus duarum parochiarum Distorchii (*Destord*) scilicet et Sanctæ Helenæ includitur, quem Galterus quondam decanus S. Deodati assensu capituli sui, sub censu decem et octo nummorum Tullensis monetæ annuatim in festo sancti Deodati persolvendorum vobis concessit. Et quidquid Albertus miles de Froville habebat in pasturis nemorum S. Stephani, et in toto banno Rambertivilkæ, et partem nemorum banni Danubri præfixis terminis suis ab aqua quæ Mortenia dicitur, usque ad alteram quæ dicitur Murz. Libertates præterea quas bona memoria Stephanus quondam Metensis episcopus, et Theodoricus ejusdem Ecclesiae quondam electus domui vestre in pratis, campis, silvis, pasturis in elemosynam concesserunt vobis, nihilominus confirmamus. Sane novum vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere præsumat.

Liceat quoque vobis clericos vel laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos ad ecclesiam vestræ recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco nisi arctioris religionis obtenu discedere, discedentem vero absque communione litterarum cautione, nullus audeat retinere. Dum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare, inhibemus insuper ne ecclesiæ aut terras seu quolibet beneficium ecclesiae vestræ collatum liceat alicui personaliter dari, sive alio titulo alienari, sine totius capituli consensu, aut majoris et sanioris partis ejusdem. Si quæ vero donationes, vel alienationes aliter quam dictum est factæ fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hæc autem adjicimus, ne aliqui canonici, seu conversi, sub professione domus vestræ astricti, sine consensu et licentia abbatis et majoris et sanioris partis capituli vestri pro aliquo fidejubeant, vel ab aliquo pecu-

nam mutuo accipiant ultra pretium capitulo sui A providentia constitutum, nisi propter manifestam dognis vestræ utilitatem. Quod si facere præsumperint, non teneatur conventus sine cuius licentia et consensu hoc egerant pro his aliquatenus respondere.

Præterea licitum sit vobis in causis vestris fratre vestros idoneos ad testificandum adducere, atque ipsorum testimonio, si rectum fuerit, et propulsare violentiam et justitiam vindicare. Pro cibristate vero, oleo sancto, consecrationibus ecclesiasticis sacramentis, nullus a vobis, aut sub obtenu consuetudinis, aut quolibet alio modo, quidquam audeat postulare. Si quis autem contra hoc venire præsumperit, portionem cum Giezi se noverit habiturum, cuius factum exactione turpis muneris imitatur. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illig sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiasticarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Paci quoque et tranquillitati vestræ paternæ sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum, seu granariarum vestrarum, nullus violentiam, vel rapinam, furtum committere, ignem apponere, seu minime capere, truncare, vel morti dare præsumat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfata ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diecesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularisve persona, etc.

Ego Lucius, catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Petrus, tituli Sanctæ Susannæ presbyter cardinalis.

Ego Vivianus, tituli Sancti Stephani in Cœlio D Monte presbyter cardinalis.

Ego Cynthius, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Ceciliæ.

Ego Arduinus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Ierusalem.

Ego Matthæus, presbyter cardinalis tituli Sancti Marcelli.

Ego Laborans, presbyter cardinalis S. Mariane trans Tiberin, tituli Calixti.

Ego Petrus, presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Pauina.

Ego Theodinus, Portuensis et Sanctæ Russinæ sedis episcopus.

Ego Petrus, Tuscan. episcopus.

Ego Paulus, Prænestinus episcopus.

Ego Jacobus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Arditio, Sancti Theodori diaconus cardinalis.

Ego Gratianus, Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis.

Datum velletri... per manum Alberti, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, xiv Kalendas Julii, indictione xv, Incarnationis Dominicæ 1182, pontificatus vero domini Lucii papæ tertii anno primo,

LX.

Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenaæ Vesoutionensis possessiones confirmat. (Fragmentum.)

B

(Velletri, Jun. 26.)

[*Mém. et doc. inédits de la Franche-Comté*, t. II, p. 318.]

Lucius episcopus, dilectis filiis Manocoldo cantori, et canonicis Sanctæ Mariæ Magdalenaæ apud Bisuntium constitutæ, tam præsentibus quam futuris, canonice substituendis in perpetuum, etc.

C

Confirmamus Bisuntii capellani Sancti Jacobi, infra arenas, cum omnibus appendiciis suis; terram quam habetis ab ipsa capella usque ad muros civitatis sine contradictione deputandam et assignandam, ad quoscumque usus melius noveritis ecclesiæ vestræ profuturam; mansum Petri de Osma, mansum Joannis militis, juxta puteum domini Dudini in campo Martis; mansum Constantini juxta molendinum in vico Baptenti; mansum Hugonis monachi, et quod habetis in molendino de Baptenti; partem furni siti in bivio Calvimonitis, duos mansos et quidquid habetis apud Valentinum.

Datum Velletri vi Kal. Julii, indict. xv, anno Domini Incarnationis 1182, pontificatus vero domini papæ Lucii III anno i.

LXI.

Ecclesiæ S. Mariæ Lausannensis protectionem suscipit, canonicorumque possessiones confirmat.

(Velletri, Jun. 26.)

[*Mém. et doc. de la Société de la Suisse Rom.*, t. VII, p. 27.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Adadio præposito et canonicis Lausannensis ecclesiæ, eorumque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo coagit rationis, præsertim quando potentium voluntatem et pietas adjuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et ecclesiæ B. Mariæ in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio continuimus, statuentes ut quoscumque possessiones.... in quibus.... exprimenda vocabulis : beneficium

quod in majori altari et in altari Sanctæ Crucis habetis; ecclesiam S. Protasii; ecclesiam de Domino Martino, ecclesiam de Essertines, ecclesiam de Bota, ecclesiam de Alba Aqua cum omni jure, et pertinentiis suis et antiqua libertate, ecclesiam S. Mariæ, ecclesiam S. Petri, ecclesiam S. Laurentii cum appendiciis suis, ecclesiam S. Stephani, ecclesiam de Tolochina, ecclesiam de Juleus cum appendiciis suis, ecclesiam de Sughens, ecclesiam de Baises, ecclesiam de Orba cum appendiciis suis, ecclesiam de Evonant, ecclesiam de Dalens, ecclesiam de Murrat, ecclesiam de Pentola, ecclesiam de Chavornay cum appendiciis suis, ecclesiam de Corrovald, ecclesiam de Crisie, ecclesiam de Dessilus, ecclesiam de Villaricomite, ecclesiam de Viveyo, ecclesiam de Bollo, ecclesiam de Granges cum appendiciis suis, ecclesiam de Danesse, ecclesiam de Utinlis, ecclesiam de Crans, ecclesiam de Nivillins, villam de Crans, villam de S. Protasio, villam de Tolochina, villam de Dellens, villam de Spanengis, villam de Domino Martino, villam de Bomanel, villam de Bota in Ogo, villam de Alba Aqua, villam de Essertines, villam de Warrens; et quod habetis apud Crissie, et quod habetis apud Viviaccum et decimas quas accipitis in terris episcopi; et quod habetis apud Pulliacum, et quod habetis in Burgo et quod habetis in villa Lausannensi; et eleemosynam quam vobis fecit Petrus de Scandens, et donationem Cononis de Grandson et uxoris sue Algui, quam vobis de jure suo fecisse dicuntur et donationem quam fecit ecclesiae vestrae venerabilis frater noster Rogerius, episcopus vester pro Petro de Escandens, in recompensationem Majoriae de eo quod idem episcopus apud Bellomontem habebat; item amicabilem compositionem de ecclesia Sancti Marii de decima de spes et de candelis.... et de procuratione secundæ serice paschalis, vobis et vestris successoribus exhibendis a bonæ memoriae Petro, quondam Papiensi episcopo, apostolicæ sedis legato, sine pravitate facto.

Præterea antiquas et rationabiles consuetudines, vobis et ecclesiae vestrae hactenus conservatas, auctoritate apostolica vobis nihilominus confirmamus: libertatem etiam quam ecclesia vestra in villis et hominibus usque ad hæc tempora rationabiliter habuit, illibatam permanere sancimus, distinctius inhabentes ut nullus in eos, vel capellanos vel clericos vestros, novas et indebitas exactiones exercere præsumat.

Decernimus ergo, etc.

Datum Velletri.

LXII.

Confirmatio bonorum Ecclesie Silvanectensis.

(Velletri, Jun. 30.)

[Gall. Christ. nov. X, 220.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis STEPHANO decano ecclesie Sanctæ Mariæ Silvanectensis, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris canonice instituendis, in perpetuum.

A Devotis Ecclesie filiis ex injuncto nobis apostolatus officio præpensius adesse compellimur, et justas petitiones eorum efficaciter exaudire, ut ex suarum petitionum effectu ad devotionem Romanæ Ecclesie præpensius animentur, et apostolica protectione validi debitum Domino ferventius exhibeant famulatum. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus annuentes, ecclesiam vestram S. Mariæ Silvanectensis in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communius, statuentes ut quæcumque possessiones, quæcumque bona sive redditus eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitionem regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus experimenda vocabulis:

C Locum ipsum in quo præfata ecclesia sita est, cum duabus plateis eidem adjacentibus, et aliis pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Petri in suburbio civitatis vestrae sitam: ecclesiam Sancti Hilarii ante portam Remensem: ecclesiam Sanctæ Genoveſe cum pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Aniani: ecclesiam Sancti Martini in vico Parisiensi sita: ecclesiam Sancti Martini de Ermenoldi villa, cum quibusdam hospitibus, terris et quadam parte decimaru[m], et aliis quæ in villa ipsa et ejus territorio ecclesia vestra habere dignoscitur: ecclesiam de Ver cum pertinentiis suis: ecclesiam Sanctæ Mariæ de Eva, cum quibusdam hospitibus et parte decimaru[m], justitiis et aliis quæ ibidem rationabiliter possidetis: ecclesiam de Moleignon cum eadem villa, terris, vineis, nemoribus, pratis, pascuis et aliis pertinentiis suis. Insuper de eleemosyna bonæ memorie Astonis quondam cantoris ecclesia vestrae, quatuor hospites certum redditum vobis annis singulis persolventes, quos nempe ab Odone de Gonessa milite justo titulo emptionis habuerat: ecclesiam de Monte Spiculatorio: ecclesiam de Ogerio Sancti Medardi: ecclesiam de Duviaco cum pertinentiis suis: ecclesiam de Ruillaco cum medietate majoris decimæ terrarum ejusdem villæ: insuper medietatem cuiusdam novæ decimæ, quæ decima novalium nuncupatur: ecclesiam de Borreto cum parte decimaru[m]: ecclesiam de Tremiliaco cum capella de Veterinis, et eadem villa cum justitiis et pertinentiis suis: ecclesiam de Rareio: ecclesiam Sanctæ Mariæ de Chamanto cum decima ejusdem villæ, salva tamen portione quadam ipsius decimæ ejusdem loci presbytero deputata: ecclesiam Sancti Leonardi de Valle profunda, cum eadem vi la, terris, pascuis, justitiis et pertinentiis suis: ecclesiam de Fonte Sancti Firmini: decinuaria de Chantileio: ecclesiam de Govix, cum ea parte decimaru[m] quam in terris et in vineis ejusdem ville ecclesia vestra habere dignoscitur; majoriam quoque in ipsa villa, cum omnibus ad ipsam perti-

nentibus, quam de suo proprio acquisitam venerabilis frater noster Henricus nunc episcopus vobis pia liberalitate donavit : ecclesiam de Nova Villa, quæ Lamorlaia dicitur, cum decimis ejusdem loci : intra burgum clausum civitatis vestræ hospites, terras et earum justitias et consuetudines, secundum quod est hactenus observatum : extra burgum clausum, sicut per antiquum fossatum distinguitur, hospites, vineas, terras, redditus et omnem sine diminutione justitiam totius terra vestræ : in vico Parisiensi medietatem molendini quod dicitur molendinum Sanctæ Mariæ : maximam partem minutarum decimarum de hortis, areis et nutrimentis animalium et anserum civitatis ipsius, sicut ecclesia vestra noscitur hactenus habuisse : septem modios frumenti, decem modios vini, quinquaginta solidos Parisiensis monetæ, quæ de eleemosyna bonæ memorie Guidonis de Turre ecclesiæ vestræ collata buticularius Silvanectensis vel ejus haeredes se: iatim succedentes ad refectionem fratrum in Quadragesima annis singulis vobis tenentur, persolvere, secundum quod in charta exinde facta plenius est expressum : quatuor minas salis quas ad eorumdem fratrum refectionem episcopus vester qui pro tempore fuerit, vobis annuatim reddere tenetur : in vico Sanctæ Genovesæ duos solidos censuales, quos pro anima patris sui Adæ Odo de Fossaio miles in terra sua vobis assignavit : terras de Longua aqua, cum quadam camparte et decimis earum : apud eundem locum nemus quod dicitur Brocia Sancte Mariæ ; prata quæ inter duo vada possidetis : in prato Percebot unam carratam vel duas bigatas feni ibidem tempore quo fenum colligitur, annuatim habendas : in prato episcopi juxta fontem Arenarum, tantumdem feni et eodem termino recipiendum : insuper quæcumque in territorio memoratae civitatis in decimis seu quibuscumque possessionibus, consuetudinibus et justitiis rationabiliter possidetis : decimas in quibusdam terris villa quæ Montis appellatur : apud locum qui Viaria dicitur, terras, campartem et decimas vobis persolventes : in episcopatu Belvacensi apud S. Lupum circa flumen quod Isara dicitur, pratum duos solidos censuales vobis persolvens : decem solidos censuales, quos Theobaldus de Crispeo per manum predicti episcopi vestri vobis in eleemosynam reliquit : villam quæ dicitur Olriacum, cum terris, memoribus et aliis pertinentiis suis : vivarium quoque et molendinum eidem villa adjacentia : terras quas habetis apud villam quæ Capella dicitur : hospites, terras, consuetudines et jura quæ apud Basouches habetis : apud Sanctum Christophorum de Halatis duas partes decimarum de quibusdam terris ejusdem villa : terras et redditus quos habetis apud Sainctines ; ea quæ habetis apud Ponponium : in villa Bernosa unum hospitem, cum vinea et quibusdam possessionibus : vincas quas apud Altum montem habetis de eleemosyna Willelmi quondam cantoris ecclesiæ vestræ : dimidium hospitem apud Chamis-

A siacum, novem minas grani, quatuor denarios et unum caponem vobis annis singulis persolventem : in territorio ejusdem villa terras pensionem vobis annuam persolventes : apud Balegniacum unum hospitem cum minuta decima ejusdem donus, et annuo redditu quem vobis solvere tenet : præterea decimam in quibusdam mansuris et terris, quæ in territorio ejusdem villa sitæ sunt.

Ad hæc, sicut prefatus episcopus pontificali vobis auctoritate concessit et scripti sui munimine roboravit, ut vacantibus ecclesiis vestris quæ in episcopatu ejus consistunt, donec rectores instituantur in eis per capellanos deservire possitis, ita et nos vestræ devotioni hujus privilegii auctoritate firmamus. Præterea sicut homines ecclesiæ vestræ ea gavisi sunt hactenus sine controversia libertate, ut de rebus suis quas in civitate vendunt vel ad usus suos comparant, thelonium reddere nemini teneantur, et ut domus et familiae vestre potestati non subjaceant laicali, ita homines, domos et familiæ ipsas eadem libertate futuris decernimus temporibus gavisuras. Antiquas vero et rationabiles consuetudines ecclesiæ vestræ hactenus observatas ratas habemus et perpetuo illibatas manere censemus, ut videlicet decedente aliquo vestrum, vel ad religionem se transferente qui de messe nova illius anni minam unam vel amplius de praebenda receperit, aliqua pars messis eum contingens in solutionem contractorum utiliter transeat debitorum, vel in alias usus secundum quod ordinaverit ipse vel alius cui rerum suarum dispositionem commiserit : si vero forte, quod absit ! aliquis vestrum intestatus decesserit, solutis debitis utiliter contractis et expensis deductis, quod de rebus ipsius defuncti per ecclesiam acquisitis superfluerit, iuxta statuta Laterani concilii ad ecclesiam devolvatur : ad ecclesias autem vestras cum vacaverint, liceat vobis personas diocesano episcopo presentare, a quo si idoneæ fuerint, euram recipient animarum, ita ut ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus, debeant respondere. Statuimus insuper ut episcopo vestro, aut etiam, te, fili decane, decedente, vel vestrorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem vos communii consensu vel passu vestrum consilii senioris secundum Dei timorem et antiquam canonicamque consuetudinem ecclesiæ vestræ duxeritis eligendum. In electionibus autem seu quibuslibet ecclesiæ vestræ negotiis, statuta majoris et senioris partis vestrum per contradictionem aliorum interdicimus impediri, dummodo quod statuitur ecclesiasticis non obviet institutis. Prohibemus etiam ut nemini liceat in vos vel ecclesiæ vestram suspensionis vel excommunicationis, vel interdicti sententiam sine manifesta causa et rationabili promulgare.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere.

seu quibuslibet verationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et episcopi vestri debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam tcmere venire tentaverit, etc.

Datum Velletri per manum Alberici sanctæ Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, secundo Kal. Julii, indict. xv; Incarnat. Dominicæ anno 1182, pontificatus vero domini Lucii papa III anno primo.

Colatio facta est cum originali, die 24 April. 1356, post Pascha.

LXIII.

Petro, abbatij Casinensi, asserit ecclesiam S. Nicolai de Gуро, a Burasone, judice Arborensi, collatam.

(Velletri, Jun. 30.)

[MONTFRATCÓS, *Diarium Italicum*, p. 327.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO Casinensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Quæ locis religiosis pietatis intuitu conferuntur, firma volumus et illibata persistere, et ne pravorum nequitia perturberentur, apostolico praesidio communire. Ilac itaque consideratione rationis inducti, et tuis nihilominus precibus inclinati, ecclesiam Sancti Nicolai de Gуро cum omnibus pertinentiis suis, quam per dilectum alium nostrum nobilem virum Barason Arborensem judicem, diocesanis episcopis assensu praebentibus, commissum tuæ curæ, cenobium est canonice consecutum, sicut in scripto ejus authenticò continetur, et eam juste ac sine controversia possides, tibi et per te monasterio tuo, auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem hujus facili notitiam idem scriptum inferius duximus adnotandum. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Peccatorum pondere prægravatis principale reperitur remedium, ut temporealem substantiam Christi pauperibus erogare festinent, Domino ipso dicente: *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis: et iterum: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defecceatis recipiant vos in æterna tabernacula.* Ideoque hanc vocem audiens ego Barason rex et judex, avi et patris mei sequens pro posse pia vestigia, consentiente uxore p:ea regina Algaburga, necnon et episcopis nostris Mariniano Zorachi de Terra alba, et comitano Pais de Ala, pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, tradimus, donamus atque concedimus eccles:æ S. Benedicti de Monte Casino, ecclesiam de S. Nicolai de Gуро cum omnibus pertinentiis suis, cum servis et ancillis, terris, vineis, cultis et incultis, salubribus et pratibus, et silvis, atque piscationibus, nec non et animabilibus, et cum omnibus quæ in chartula ejusdem

A ecclesiae continentur scripta; tali pacto atque conventione, ut duodecim ibidem ad Deo serviendum, si tamen supradicta ecclesia hos sustinere sine sui detimento potuerit, dirigat monachos, ex quibus tres vel quatuor ita sint litterati, ut si necessarium fuerit in archiepiscopos et episcopos possint eligi, et etiam regni nostri negotia sive in Romana curia vel in curia imperatoris, et ubique valcent tractare. Si vero tantos sustinere non potuerit prædicta ecclesia, septem, vel quātos secundum consilium nostrum visum fuerit, transmittat, de qua ecclesia viginti byzantios, et non plus, annualim accipiat ecclesia S. Benedicti Montis Casini, nisi forte aliquid intervenerit eidem ecclesiae impedimentum, vel pro curia Romana, vel pro guerra, vel certe pro B regni sui negotio, vel etiam pro comparatione aliquujus terræ. Mihi autem, vel alicui alteri non licet aliquo modo supradictam S. Nicolai repetrere vel inquietare ecclesiam, si supradictam tenere voluerint conventionem. Testes Marianus Zorraki episcopus Terralbe, et Comitanus Pais, episcopus Alæ, et Ponthus curator de Bonorzuli, et Comitanus Fronsacute curator de Campitanno, et Comitanus de Lacon pedes curator de Valensa, et Constantinus Spanus curator de Frordiane judex, Parason de Gallun curator de Miili, Orzocco de Lacon, filius meus, curator de Giltiber, Orzocor de Lacon Arborikesus curator de Barkaria de Meana, Constantinus Manca curator de Mantra Oissai, Joannes de Vinea Bujakesorum major cum totis suis sociis, Petrus Paganus, quamvis indignus, sacerdos qui haec omnia scripsit. Si quis autem contra hanc nostræ donationis chartulam aliquid moliri voluerit, omnipotens Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nec non et beatæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ, et omnium cœlestium virtutum, et sanctorum patriarcharum, et prophetarum, apostolorum, evangelistarum, discipulorum, innocentium, martyrum, confessorum atque virginum, et omnium incurvant maledictionem electorum. Amen. Qui autem hoc chartulæ consenserint, et eam confirmaverint, et veram esse crediderint, habeant benedictionem Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nec non et beatæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ, et omnium cœlestium virtutum, et sanctorum patriarcharum et prophetarum, apostolorum, evangelistarum, discipulorum, innocentium, martyrum, confessorum atque virginum, et omnium electorum. Amen. Hæc omnia sunt ordinata, et firmata anno millesimo centesimo octuagesimo secundo.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet at hauc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Velletri secundo Kalendas Julii.

(Adest sigillum plumbeum pendens, ex una parte

inscriptum habens: SANCTUS PAULUS, SANCTUS PETRUS; ex altera: LUCIUS PAPA TERTIUS (7).

LXIV.

Universis Ecclesiarum prælatis mandat ut excommunicent eos qui monachis ad generale capitulum Cluniacense euntibus insidias posuerint.

(Velletri, Jul. 14.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, XV, 414.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis Ecclesiarum prælatis, in quorum diœcesibus malefactores existunt, qui monachis venientibus ad generale capitulum Cluniacense insidias ponunt, sive res proprias auferunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad tantam jam, sicut accepimus, pravorum hominum malitia devenit insaniam, et ita eorum cupiditas in immensum exarsit, ut nec pudori nec religioni jam parcat; sed passim avaritiae suæ undequaque fomenta perquirant. Sicut autem nostris est auribus intimatum, quidam malefactores monachis ad generale capitulum Cluniacense venientibus ponunt insidias, et eis quos deprehendere possunt, rebus quas deferunt violenter ablatis, injurias præsumunt plurimas irrrogare. Volentes itaque hujusmodi homines a tanta nequitia coercere, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus eos quos noveritis talibus criminibus irretitos, tardi, sicut excommunicatos, nullius contradictione obstante faciat ab omnibus arctius evitari, donec damna illata resarciant, et de injuriis satisfaciant competenter.

Datum Velletri secundo Idus Julii.

LXV.

Ad [Guidonem] Senonensem archiepiscopum.

(Velletri, August. 5.)

[*Antiquités de Saint-Aignan d'Orléans*, p. 85.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Senonensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

*Dilectus filius noster abbas S. Maximini transmissa nobis quæstione monstravit quod cum monasterium suum in ecclesia S. Aniani Aurelianensis præbendam quamdam de antiqua consuetudine, tempore longissimo percepisset, decanus et canonici sine iudicio et justitia temeritate propria subtraxerunt. Nos itaque providere volentes ne suum monasterium in hac parte si audetur, fraternalitate per apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis, si per testes legitimos de abbatis assertione constiterit, præbendam cum perceptis fructibus monasterio facias dilatione et appellatione cessante restitu, restitutione autem facta si aliquid apparuerit questionis diligentius audias, et mediante justitia decidas.**

Datum Velletri, Nonis Augusti.

(7) In archivio Casinensi pleraque alia regum Sardiniae diplomata comparent, vernaculo insulae idiomate conscripta.

LXVI.

Monasterii S. Mariae Murelensis protectionem suscipit possessionesque confirmat.

(Velletri, Nov. 23.)

[MANRIQUE, *Annal. Cistere.*, III, 23.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO abbatii Sancte Marie de Murelo, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis.

Religiosam vitam professis apostolicum convenit adesse præsidium: quapropter, dilecti in Domino filii, vestris supplicationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, etc. Præterea quascunque portiones, quæcunque bona idem monasterium, aut in præsenti possidet, aut in futurum poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. In quibus licet propriis duximus exprimenda nominibus: Locum ipsum de Murelo, in quo prædictum monasterium situm est, cum pertinentiis suis; grangiam de Ovila cum pertinentiis suis; grangiam de Alcaraz cum appendicibus suis; grangiam de Azagron cum appendicibus suis, etc.

Datum Veronæ, nono Kalendas Decembbris, indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1182, pontificatus ejusdem domini Lucii papæ III anno secundo.

LXVII.

Ecclesiam Signiensem tuendam suscipit et ejus bona ac privilegia confirmat.

(Velletri, Dec. 2.)

[UGHERLI, *Italia sacra*, I, 1237.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri PETRO Signino ejusque successoribus canonice intrantibus in perpetuum.

Et ordo rationis expostulat, et ecclasiast. utilitatis consideratio nos invitat fratres et coopiscopos nostros ampliori charitale diligere, et commissas eorum gubernationi Ecclesiæ patrocinio sedis apostolicæ propensius communire, quo ex suscepti executione officii tanto vigilantiores possint semper existere, quanto a pravorum incursibus securiores se viderint permanere. Eapropter, vñ. in Christo frater episc., tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Signinam Ecclesiæ, cui Deo auctore præses dignoscere, ad exemplar felicis recordationis Alexandri papæ, prædecessoris nostri, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ne quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesiæ sive in dominibus, casularibus vel extra civitatem, aut in vineis, arboribus fructiferis et infructiferis, seu in terris cultis et incultis, nemoribus, pratis, aquis, molendinis, et pascuis, aut in aliis tam in montibus, quam in planitatibus impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum,

oblatione fidelium, seu aliis justis modis, parante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis:

In civitate Signina ecclesiam S. Petri cum omnibus pertinentiis suis, eccles. S. Luciae cum omnibus pertinentiis suis, eccles. S. Stephani cum omnibus pertinentiis suis, eccles. S. Marci cum omnibus pertinentiis suis, in castro Collimedii eccles. S. Mariæ cum omnibus pertinentiis suis, in castro Metellanici eccles. S. Augeli, et ecclesiam S. Petri cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Egidii, et ecclesiam S. Mariæ de Vacariis cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Nicolai de Montenegro cum omnibus pertinentiis suis, monasterium S. Mariæ de Roscellis cum capella S. Margaritæ, et capella S. Archangeli de Gabiniano, et cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, in castro Gabiniani ecclesiam S. Thomæ cum omnibus pertinentiis suis, eccles. S. Joannis de Montefocale, eccles. S. Mariæ de Archipresbytero, et ecclesiam S. Valentini cum omnibus pertinentiis suis. In castro Plumbinariae, ecclesiam S. Mariæ, ecclesiam S. Anastasii, ecclesiam S. Nicolai cum omnibus pertinentiis suis, monasterium S. Ceciliae cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Barbaræ cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Salvatoris de Viculo, ecclesiam S. Mariæ cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Anastasie, ecclesiam S. Georgii cum omnibus pertinentiis suis. In castro Vallismontoni ecclesiam S. Mariæ, ecclesiam S. Andree, ecclesiam S. Laurentii cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Joannis de Selva, et ecclesiam S. Nicolai cum omnibus pertinentiis eorum, ecclesiam S. Zoticum cum omnibus pertinentiis suis, monasterium S. Mariæ in Silice cum omnibus pertinentiis, et libertatibus suis. In castro Sacci ecclesiam S. Angeli, et ecclesiam S. Ilarii cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Leonardi de Rocca, S. Sylvestri cum omnibus pertinentiis suis. In castro Montisfortini, ecclesiam S. Mariæ, ecclesiam S. Crucis, ecclesiam S. Stephani cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Petri in versa aqua cum capella S. Sylvestri et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam S. Archangeli, et ecclesiam S. Nicolai de Silva cespali cum omnibus pertinentiis suis. Hortuni, qui est ante portam praedictæ civitatis Signinæ cum plagiis, et longara, et omnibus utilitatibus suis. Canapinam majorem quæ est juxta viam, qua itur Anagniam, et est in pede placarum sub vadi cum alia terra, quæ est supra ipsam Canapinam, et partem silvæ, collis senaltuli. Castra quoque collis medii, Metelanici, Gabiniani, Plumbinariae, Vallismontoni, Sacci et Montisfortini tibi tuisque successoribus episcopali jure subjacere decernimus, sicut prædecessoribus tuis subjecta fuisse noscuntur. Terminos autem tui episcopatus sicut in privilegiis prædecessorum nostrorum contineri noscuntur, et antecessores tui, et tu ipse præsentiali-

A ter possides, præsenti scripto nihilominus confirmamus; libertates quoquæ rationabiles, quas habes in feodatis, et hominibus tuis de Signia, ratas, et firmas manere censemus, ipsaque probibemus in posterum temeritate qualibet violari. Interdicimus etiam, ut infra terminos ejusdem episcopatus nullus sine assensu tuo, vel successorum tuorum, salvis privilegiis apostolicæ sedis, de novo ecclesiam vel capellam ædificare præsumat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfata Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva apostolicæ sedis auctoritate.

Si quæ igitur in futurum ecclesiastica sacerdotiale persona, etc.

Ego Lucas catholice Ecclesie episcopus subscripti.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Henricus Albanen. episc.

Ego Vivianus tit. S. Steph. in Cœlio Monte presbyter card.

Ego Arduinus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ in Trans Tiberini tit. Cal.

Ego Rainierius S. Georgii ad Vel. Aureum diaconus card.

Ego Gratianus SS. Cosmae et Damiani diaconus card.

Datum Velletri per manum Alberti S. R. E. presbyter et cancellarii, iv Non. Decemb., ind. i, anno Incarn. Dom. 1182, pontificatus vero D. Lucii pape III anno ii.

LXVIII.

Ecclesiam Ravellensem tuendam suscipit et ejus bona confirmat, petente Joanne episcopo.

(Velletri, Dec. 4.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, I, 1185.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, gen. fr. Jo. episcopo Ravellen. ejusque success. canonico substituendis in perpetuum.

Cum ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio, quo cunctis Christi fidelibus, auctore Domino, præminemus, singulorum paci et tranquillitatibus debemus intendere, præsertim pro illorum quiete nos oportet esse sollicitos qui pastorali dignitate sunt prædicti, et ad officium pontificale promoti, et qui speciali prærogativa noscuntur ad jus Romanæ Ecclesie pertinere; nisi enim nos eorum utilitatibus intendentis, ipsorum dignitates et jura in quantum Deo permittente, pessumus, integra conservemus. et auctoritate apostolica eos ab iniquorum hominum incursibus defendamus, de illorum salute non vere poterunt esse solliciti, qui sibi ad regendum Do-

mino sunt disponente commissi. Eapropter, vener. A in Christo frater Joannes episcopus, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Ravellensem ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignoscetis, ad exemplar prædecessorum nostrorum S. record. Adriani et Alexandri PP. sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripsi privilegio communimus; statuentes, ut quasunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futuram concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

Monasterium S. Triphonis, monasterium S. Trinitatis, et monasterium S. Mariæ de Castiglione. Omnen vero ambitum Ravellensis parochiæ, sicut a prædecessoribus tuis, et a te ipso hactenus rationabiliter possessus est, tibi, tuisque successoribus in perpetuum confirmamus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfataam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel abdicias retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorū sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis personæ, etc.

Ego Lucius catholice Ecclesie episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albapensis episcopus.

Ego Vivianus tit. S. Stephani in Cœlio Monte presb. card.

Ego Albinus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Laborans presbyter card. S. Mariæ trans Tiberium, tit. Callixti.

Ego Rodulphus diaconus card. S. Georgii ad Velenum Aureum.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diaconus card.

Datum Velletri, per manus Alberti S. R. E. presb. card. et cancellarii, n Nonas Decemb., ind. 1, Incarn. Dom. anno 1182, pontificatus vero D. Lucii papæ III anno II.

LXIX.

[Stephano] Augustodunensi et [Manassi] Lingonensi episcopis mandat, videant, ne contra privilegium monachis Cisterciensibus concessum, agatur.

(Velletri, Dec. 21.)

[LILJEGREN, Diplomat. Suec., I, 116.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Aduensi et Lingonensi episcopis, et dilectis filiis, abbatibus, prioribus et aliis Ecclesiarum prælatis in earum episcopatibus constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

PATROR. CCL

Audivimus et audientes mirati sumus quod, cum fratribus omnibus Cisterciensis ordinis a Patribus et prædecessoribus nostris concessum sit et a nobis ipsis postmodum confirmatum, ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nemini decimas solvere teneantur. Quidam ab eis nibilominus contra indulta sedis apostolicæ decimas exigere et extorquere præsumunt, et sinistra interpretatione apostolicorum privilegiorum capitula pervertentes, asserunt de novalibus debere intelligi, ubi de laboribus est inscriptum. Ceterum manifestum est omnibus qui recte sapient perversam esse interpretationem hujusmodi è intellectu sano contraria, cum, juxta capitulum illud, a prestatione decimarum, tam de terris quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam etiam de terris cultis quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, sine penitus absoluti. Nam si de novalibus tantum Romana Ecclesia intelligi voluisse, ubi ponimus de laboribus, de novalibus ponemus, sicut in privilegiis quorumdam apponitur aliorum. Unde, quoniam ad commune detrimentum Ecclesie non est dubium redundare, si contra sedis apostolicæ statuta impune se posse quis credat quæ obtinere debent perpetuam firmitatem, ne contra jam dictos fratres malignandi materiam ex hoc quisquam assumat, et quomodolibet ipsos contra justitiam molestandi, per apostolica vobis scripta mandamus atque præcipimus, quatenus omnibus qui sub vestra potestate subsistunt auctoritate nostra districtius prohibere caretis, ne fratribus Fontanensis, sive aliis omnibus ejusdem ordinis in vestris episcopatibus commorantibus, de novalibus seu aliis terris quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, vel de animalium nutrimentis, decimas præsumant aliquatenus extorquere.

C Si qui vero canonici, clerici, monachi vel laici contra priylegia sedis apostolicæ prædictos fratres decimarum exactione gravaverint, appellatione remota, laicos tam excommunicationis quam interdicti sententia percellatis, clericos autem ab officio suspendatis, et tam excommunicationis quam interdicti sententiam faciat usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Ad hæc præsentium auctoritate præcipiendo mandamus quatenus, si qui in fratres præscriptorum monasteriorum manus violentas injecerint, eos accensis candelis excommunicatos publice nuntietis, et faciatis ab omnibus sicut excommunicatos districtius evitari, donec congrue satisfaciant prædictis fratribus et cum litteris diocesani episcopi rei veritatem continentibus apostolico se conspectui representent. Noveritis præterea eis indultum ut in causis suis, quas vel ipsi adversus alios, vel alii adversus eos habuerint, liceat eis fratres suos idoneos ad testificandum adducere, atque ipsorum testimonio et propulsare violentiam et justitiam vindicare.

Datum Velletri, xii Kalend. Januarii 1182.

LXX.

Monasterii S. Mariæ Baumgartensis patrocinium suscipit et bona juraque confirmat.

(Velletri, Dec. 21.)

[*SCHÖPFERIUS, Alsac. diplom., I, 276.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis CONSTANTINO abbati monasterii S. Mariæ de Borgar, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit! sacrae religionis iufringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfatum monasterium beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et eam Benedicti Regulam Batque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibide temporibus in violabilitate obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum justis et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc proprius duximus exprimenda vocabulis:

Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis et cum adjacenti grangia de Bongart, et quidquid habetis in fundis terrarum seu pasturis animalium, sicut in legitimis instrumentis Tullensium, scilicet et Argentinensium episcoporum et ducis Lotharingiae Matthæi factis exinde continetur. Quidquid etiam habetis in vineis, terris et cæteris rebus apud villam de Aphæt et in adjacenteis ejus, grangiam quoque vestram de Anissemheim cum omnibus pertinentiis suis, eleemosynam Walsredi de Bixosseheim sicut eam per manum Argentineus episcopi ecclesiae vestræ contulit in vineis, terris, pratis, curiis, domibus, mansis et molendino apud Bixosseheim et in Engresseheim et cæteris locis. Grangiam de Baudeneheim cum omnibus appendiciis suis. Usuaria quoque nemorum et pasturarum, ad proprios videlicet et omnium animalium vestrorum necessarios usus. Grangiam de Fossa sicut a duce Matthæo Lotharingiae et Symone de Parreia vobis collata et cæteris terminis limitata est; pasturas quoque ad omnium animalium vestrorum genera. Usuaria etiam nemorum ad omnes usus vestros per totam terram castri, quod dicitur Spiceberg. Grangiam de Fresonevillari cum omnibus pertinentiis et appendiciis suis. Pasturas quoque et omnia usuaria

A vobis et animalibus vestris necessaria per totum bannum de domno Juvino et de Magnumaile et de Wios. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas præsummat exigere. Liceat etiam vobis clericos vel laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratribus vestrorum post factam in eo loco professionem fas sit de eodem absque licentia abbatis sui discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinerè. Paci quoque et tranquillitati vestræ paterna volentes sollicitudine providere, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiæ vestrarum nullus violentiam vel rapinam seu furtum committere, ignem apponere, hominem capere vel interficere aliqua temeritate præsumat. Si vero episcopus, in cuius parochia domus vestra fundata est, tertio per intervalla temporum cum humilitate ac devotione, qua convenit, requisitus substitutum abbatem benedicere forte noluerit, licitum sit eidem abbati proprios novulos benedicere et alia quæ ad officium suum pertinent exercere, donec idem episcopus duritiam suam recogitet et benedicendum abbatem benedicere non recuset. Præterea licitum sit vobis in causis vestris fratres vestros idoneos ad testificandum adducere atque ipsorum testimonio, si rectum fuerit, et propulsare violentiam et justitiam vindicare.

Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas relinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pre quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Theodinus Portuensis ecclesiae Rusinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Sauvæ.

Ego Jacinthus diaconus cardinalis S. Mariæ in Cosmedin.

Ego Vivianus tituli S. Stephani in Coelio Monte presbyter cardinalis.

Ego Arditio S. Theodori diaconus cardinalis.

Ego Arduinus presbyter card. tituli S. Crucis Viterbiensis.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis.

Ego Laborans presbyter cardinalis S. Mariæ trans Tiberim tituli Calixti.

Lige Ranerius presbyter cardinalis sanctorum Joannis et Pauli tituli Pamachii.

Ego Albinus diaconus cardinalis S. Marice Novae.

Datum Velletri, per manum Alberti S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, x Kal. Januarii, indictione prima, Incarnationis Dominicæ 1182, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno n.

LXXI.

Transacionem a Guichardo, b. m. archiepiscopo Lugdunensi, cum Guigone, comite Forensi, factam confirmat.

(Velletri.)

[MENESTRIER, *Hist. de Lyon*, Preuv., p. xii.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et capitulo Lugdunensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Suscepti regiminis administratione compellimur justis petitionibus singulorum annuere et ea quæ sine pravitate de voluntate partium statuuntur apostolico patrocinio communire, ne malignitate querulihet rescindatur in posterum quod est cum studio et labore amicabili compositione statutum. Unde quod postulevit a nobis vestra devotio, ut transactionem illam quam bonæ memoriarum Guichardus quondam archiepiscopus vester, nobis assentientibus et praesentibus, cum nobili viro Guigone Forensi comite fecit, scripti nostri munimine firmarimus. Nos vestris postulationibus annuentes, transactionem ipsam, sicut de spontanea voluntate partium facta est et recepta, ratam habemus et eam ad memoriam futurorum de verbo ad verbum, sicut in scripto authenticò continetur, litteris duimus adnotandam, in nomine Domini nostri Iesu Christi ad perpetuæ pacis stabilitatem inter dominum Guichardum, etc.

Datum Velletri, per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presb. card. et cancellarii, Nonas.... indictione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1182, pontificatus vero domini Lucii papæ anno primo.

ANNO 1182-1183.

LXXII.

Canonice Astensis ecclesiam S. Michaelis de Intericio asserit.

(Velletri, Mart. 20.)

[Historia patriæ monum., Chartæ I, 935.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis archipresbytero et canonice Astensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis potentium desideriis dignum est nos faciem præbere consensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente completere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus, grato concurrente assensu, ecclesiam Sancti Michaelis de Intericio a bonæ memorie An[selmo] quondam episcopo vestro collatam, sicut canonice et sine controversia possidetis, vobis vestrisque successoribus auctoritate apostolica

A confirmamus et presentis scripti patrocinio committimus; statuentes ut nulli omnino hominum licet banc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ci ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attendere presumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Velletri, xii Kal. Aprilis;

LXXIII.

Privilegium pro capitulo Remensi.

(Velletri, Mart. 26.)

[VARIN, *Archives administ. de la ville de Reims*. t. I, partie 4^e, p. 403.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, II. decano, et capitulo Remensi, etc.

Vestrīs justis postulationibus annuentes, praesentibus vobis litteris indulgemus ut nemini licet B. de Roscio, vel hæredes ipsius aut quoslibet alios malefactores ecclesiæ vestræ, a sententia qua pro suis excessibus canonice fuerint innodati, nisi prius ecclesiæ vestræ pro facultate sua congrua satisfactiōne exhibita, relaxare.

Datum Velletri, viii Kalend. Aprilis.

LXXIV.

Potentibus canonice Placentinis, sententiam inter ecclesiam Placentinam et Alfonsum, quondam episcopum Papiensem, latam corroborat.

(Velletri, Mart. 28.)

[CAMPI, *Hist. di Piacenza*, II, 367.]
Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A. præposito et canonice Placentinis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea, quæ in controversia deveniunt et amicabili concordia vel judicio finiuntur, ne in recidiva contentionis scrupulum relabantur, scripturæ sunt fidei committenda, et apostolico munimine roboranda. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis petitionibus grato concurrentes assensu, sententiam inter ecclesiam Placentinam et bonæ memorie Alf. Papiensem episcopum super duabus partibus decimæ totius curtis Portus Albare a nobis olim, dum in illis partibus fungeremur legationis officio, promulgatam; sicut canonice lata est et a partibus recepta, auctoritate apostolica confirmans et presentis scripti patrocinio communius. Statuentes, ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, etc.

Datum Velletri, v Kal. Aprilis 1182.

LXXV.

Monasterio S. Dionysii asserit ecclesias ab archiepiscopis Senonensis concessas.

(Velletri, April. 2.)

[DOUBLET, *Hist. de Saint-Denys*, t. I, p. 516.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et monachis Sancti Dionysii, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea quæ per fratres et coepiscopos nostros religiosis locis pietatis intuitu conferuntur, ne alien-

jus valeant malignitate turbari, apostolico sunt munimine roboranda. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis petitionibus grato concurrentes assensu, concessionem vobis et per vos monasterio vestro factam a venerabili fratre nostro G. Senonensi archiepiscopo, et ejus antecessoribus bona memoriae, Daiberto et Vuillelmo, de ecclesiis de Belna, de Sancto Lupo, de Josenvilla, de Ver, de Fericiaco, de Grandi Puteo, et Sancto Audoeno, et præsentatione presbyterorum in eisdem ecclesiis, sicut capenice facta est et servata, et in scriptis authenticis continetur, auctoritate apostolica firmanus et præsentis scripti pagina communimus; statuentes ut nulli omnino hominum liceat, etc.

Datum Velletri, quarto Nonas Aprilis 1182.

LXXVI.

Monasterio S. Dionysii asserit ecclesiam de Forest et altaria aquædam, ab episcopis Cameracensis concesso.

(Velletri, April. 4.)

[Ibid., p. 517.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et monachis Sancti Dionysii, salutem et apostolicam benedictionem.

Concessionem vobis et per vos monasterio vestro factam a venerabili fratre nostro Cameracensi episcopo et ejus antecessoribus bona memoriae Waltero, Odone, Nicolao et Rogero, de ecclesia de Forest, altari de Solempna, altari de Vertiniolo, et portionem cuiusdam decimæ de Kevi, sicut canonice facta est, et hactenus observata, et in scriptis authenticis continetur, auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, etc.

Datum Velletri, secundo Nonas Aprilis 1182.

LXXVII.

Henrico episcopo et Willelmo decano et canonicis Bajocensisibus concedit ut tam ipsi quam successores eorum apud ecclesiam cathedralem valeant sepeliri.

(Velletri, April. 11.)

[Opp. Petri Blesensis, p. 771.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HENRICO episcopo et dilectis filiis WILLELMO decano et canonicis Bajocensisibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Referente dilecto filio magistro Radulfo canonicô vestro, nobis innotuit quod cum olim monachi Sancti Vigoris constitutionem cuiusdam episcopi vestri fecissent a felicis recordationis Honorio PP., prædecessore nostro, auctoritate apostolica confirmari, qua sub excommunicatione constituit ne quis episcoporum vel canonicorum ecclesiæ vestræ alibi quam apud monasterium sepulturam haberet, nihilominus tamen apud ecclesiam vestram prædecessores vestri sepulti fuerunt. Vos autem prædictam constitutionem humiliiter formidantes,

A super hoc muniri auctoritate apostolica postulastis. Nos igitur precibus vestris benignius inclinati, excommunicationem præstatam decernentes de fratrum consilio non tenere, apostolica auctoritate concedimus, ut tam vos quam successores vestri apud cathedralem ecclesiam valeatis, contradictione et appellatione postposita, sepeliri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se neverit incursum.

Datum Velletri, iii Idus Aprilis.

LXXVIII.

B [adelheidem] abbatissam et sorores Quedlinburgenses reprehendit quod censum, ad indicium perceptæ libertatis Romana Ecclesiæ debitum, diminuant, et cum in eisdem privilegiis sit expressum quod libram argenti Romano pontifici annualiter tribuere debeant, nonnisi marcam velint exsolvere, libram ibi marcam debere intelligi asserentes. Attamen, petente S. præposito Moguntino concedit ut nonnisi marcam desecati argenti ò pondus Coloniense ulterius annis singulis persolvant.

(Velletri, April. 14.)

[Vide ERATI, Cod. dipl. Quedlinb., 103.]

LXXIX.

Ad Petrum abbatem et capitulum Casinense.

(Velletri, Mart. 20.)

[TOSTR, Storia di Monte-Casino, II, 210.]

C Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis P. abbati, et capitulo Casinensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Cura monasterium vestrum multipliciter gravatum sit, et oppressum, et in præstanta procriptione his qui de curia nostra per vos sæpius transeunt, expensas plurimas facere compellatur, super gravaminibus vestris palerna vobis volumus provisione prospicere, et onera vestra in quibus secundum Deum possumus relevare. Inde est quo i cum interdum aliqui de curia nostra, et fratrum nostrorum in expensis monasterii apud Sanctum Germanum non necessitate sed voluntate morentur, præsentibus vobis litteris indulgemus, ut nemini de curia nostra vel fratruin nostrorum ultra unum vel duos dies apud Sanctum Germanum teneamini procriptionem impendere, nisi forte infirmitas ipsum, vel alia manifesta necessitas detineret.

Datum Velletri, xii Kalendas Maii.

LXXX.

Monasterio S. Remigii Remensi privilegia varia concedit.

(Velletri, Maii 10.)

[VARIN, Archives administ. de la ville de Reims, I, II, p. 395.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis P. abbati, et fratribus S. Remigii Remensis, etc.

Auctoritate apostolica vobis indulgemus ut tam clericos quam laicos, ad vestram confugientes re-

ligionem, liceat vobis liberos et absolutos recipere et sine contradictione aliqua retinere. In parochia-
titus vero ecclesiis quas habetis liceat vobis libere idoneas personas eligere, et diœcesano episcopo præsentare, quibus animarum curam ipse commit-
tat, ita ut illi de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debent respondere. Liceat insuper vobis de redditibus unius parochiæ duobus sacerdotibus qui ecclæsiae deserviant, cum episcopali auctoritate pro vestra discretione et arbitrio providere, ita quod unus alio debeat subjacere, dummodo tanti sint redditus quibus uterque possit congrue susten-
tari. Peccati præterea et indemnitali vestræ paterna sollicitudine providentes, auctoritate apostolica inhibemus ne quis, infra clausuras et ambitus locorum et grangiarum vestrarum, aliquam violentiam facere, aut hominem aliqua temeritate capere seu interlicere præsumat. Prohibemus insuper ne quoslibet vestros homines temere quisquam capere vel a dominio vestro alienare, aut indebitis hospita-
tionum procurementibus et servitiis, seu quibuslibet injustis exactionibus audeat aggravare. Sane novatum vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, et de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere præsumat. Ad hæc præsentibus litteris inhibemus ut nulli liceat in fundo vestro, vel in possessionibus ad vos spectantibus, quas ad proprios usus sub vestro domino retinetis, sine licentia et auctoritate vestra sedilicium aliquod fabricare. Indebitum etiam gravamen a vobis amovere volentes, in vos aut ecclæsias vestras interdicti vel excommunicationis sententiam, sine manifesta et rationabili causa, proferri vetamus. Sepulturas quoque locorum vestrorum, in quibus sex monachi ad minus fuerint, liberas esse décernimus, ut eorum devotioni et extremitate voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus ob-
sistat, salva tamen illarum ecclesiarum canonica justitia a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis fratres et servientes in eisdem domibus commorantes, et eos qui se religione vestræ reddiderint, nisi forte nominatum fuerint interdicti vel excommunicati, vel aliud de ratione obstiterit, in cœmeteriis vestris Christianæ tradere sepulturæ. Nulli ergo . . .

Datum Velletri, vi Id. Maii.

LXXXI.

*Refutationem prævæ consuetudinis, quam Bulcardus de Montemorenciaco in vineis monasterii S. Dio-
nysii, in Dioilo villa sitis, habebat, et rotaticum quod in terra sua idem Bulcardus habebat, sicut ea monasterio remisit, i confirmat.*

(Velletri, Maii 14.)

[DOUBLET, *Hist. de Saint-Denis*, t. I, p. 510.]

Quoties piis locis et religiosis personis aliqua remittuntur seu pietatis intuitu conseruntur, ne in posterum alicuius malignitate turbentur vel in

A dubium valeant revocari, scripturæ sunt fidei com-
mittenda et apostolicæ tuitionis munimine robo-
randa. Eapropter, dilecti filii, vestris justis peti-
tionibus grato concurrentes assensu, refutationem
prævæ consuetudinis, quam Bulcardus de Monte-
morenciaco in vineis vestris monasterii in Dioilo
villa sitis habebat; et rotaticum, quod in terra sua
idem Bulcardus habebat, sicut ea rationabiliter
monasterio vestro, fratribus suis, Herveo scilicet et
Theobaldo de Marli volentibus et laudantibus re-
misit atque concessit, auctoritate apostolica con-
firmamus et præsentis scripti patrocinio commun-
imus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat
hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, etc.

B Datum Velletri, secundo Idus Martii 1182.

LXXXII.

Ad capitulum Narbonense.

(Velletri, Maii 16.)

[Gall. Christ. nov., VI, Instr., 46.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo Narbonensis, salutem et apostolicam benedictionem.

C Venientes ad nos venerabiles fratres nostri Magalonensis et Biterrensis episcopi nostro apparatu suggesterunt, quod cum Ecclesia vestra esset non solum archiepiscopo, sed etiam personis aliis destituta, juramento prestito promisisti, quod mandato venerabilis fratris nostri Albanensis episcopi, qui tunc in partibus illis legationis officio fungebatur, de ordinatione ipsius ecclesie sine contradictione qualibet pareretis; ceterum quia idem episcopus, antequam vestram ecclesiam ordinasset, ad sedem apostolicam rediit, nos providere volentes, ne personarum defectu eidem ecclesiae quodlibet incommodum perveniret, prædicto episcopo dedimus in mandatis, ut, sicut a vobis in eum religione jurisjurandi fuerat compromissum, jam dictam ecclesiam ordinaret; ipse vero cum consilio prædictorum episcoporum tres archidiac-
natus vacantes, et sacristiam in ipsa ecclesia de personis idoneis ordinavit, et canonicum quemdam instituit, mandans vobis in virtute præstiti jura-
menti, ut personas illas in suos personatus, et præ-
benlam admittere minime differatis, et redditus et loca sua libere permittatis habere: nos utique,
quod ab eodem Albanensi factum est, ratum ba-
bentes, mandamus vobis atque præcipimus, quatenus ad mandatum ipsius Albanensis, sicut jura-
mento tenomini, ordinationem ejus, contradictione et appellatione cessante, ratam habeatis et firmam, nec aliqui vestrum personas ab eo, sicut diximus, ordinatas impediatis, quominus per investituram supradicti Biterrensis pacifice præscriptus personatus habeant et præbendam.

Datum Velletri, decimo septimo Kalendas Janii.

LXXXIII.

Abbatem et monachos Uranienses jubet archiepiscopo Ravennati obedire.

(Velletri, Maii 18.)

[MITTARELLI, *Annal. Camaldol.*, IV, App., p. 111.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatii et monachis de Urano, salutem et apostolicam benedictionem,

Significavit nobis venerabilis frater noster archiepiscopus Ravennas quod, cum vos, monachi, ab officio, quia non eligebatis abbatem, nec suspensionem servastis, nec de contemptu sententiae, sicut injunxit, satisfacere jam dicto archiepiscopo curavistis, abbatem vos elegistis ad mandatum apostolicum iteratum. Quoniam igitur a tempore quod hominum excedit memoriam, omnes abbates monasterii vestri usque ad dilectum filium nostrum P. nunc Camaldulensem priorem, prædecessoribus suis obedientiam juramento asserit promisso, tibi, fili abbas, per apostolica scripta mandamus et districte præcipimus, quatenus omnem obedientiam et reverentiam infra XL dies post horum susceptionem eidem archiepiscopo promittas et serves, quam prædecessores tui ejus antecessoribus archiepiscopis promitis. non obstante quod jam dicto priori sanctæ recordationis A. . . . papa prædecessor noster pro tempore personaliter dignoscitur indulsisse. Ad hæc præsentium auctoritate injungimus. concessiones Ravennatis Ecclesiæ, quas tenetis archiepiscopo sine difficultate. vel si cum eo nequiveritis amicabiliter convenire venerabilibus fratribus Feretrano et Faventino episcopis, et dilecto filio præposito Feretrano ratis justitiae plenitudine exhibere.

Datum Velletri, xv Kal. Junii.

Ego Petrus Turriensis Cesenas tabellio, sicut vidi et perlegi in litteris Catholicis sigillo apostolico signatis, ita scripsi et exenplavi.

LXXXIV.

Vizellacensi et Flarinianensi abbatibus mandat, eagent canonicos Gabilonenses et Matisconenses, ut monasterio Trenociensi subtractas ecclesias restituant.

(Velletri, Maii 23.)

[JUENIN, *Nouv. Hist. de Tournus*, Preuves, p. 479.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Vigiliacensi et Flavinacensi abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Querelam dilectorum filiorum nostrorum albatis et monachorum Trenociensis monasterii ad nos delatam acceperimus, quod dilecti filii canonici Gabilonenses ecclesiam de Giniaco, ecclesiam de Molasia, eis contra justitiam abstulerunt. Ad hæc prior et canonici regulares ecclesie Sancti Petri Matisconensis, ecclesiam de Sancto Tauro apud castrum Rainaldi jam dictis monachis, sicut asseritur, præsumperunt auferre. Nolentes igitur sustinere quod præfatum cœnobium sui juris dispendium patiatur,

(8) Vide Ludovici regis litteras de satisfactione reipublicæ militis, ap. Martene, *Thes. Anecd.*, I, 589.

A discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus præscriptiarum ecclesiarum detentores eas præfatis monachis restituere, vel in presentia vestra plenam justitiam exhibere moneatis diligentius et ecclesiastica districtione cogatis.

Datum Velletri, x Kalendas Junii.

In plumbō, LUCIUS PAPA III.

LXXXV.

Sententiam ab archiepiscopo Viennensi et episcopo Genevensi in comitem Genevensem latam, confirmat.

(Velletri, Jun. 1.)

[SPON, *Hist. de Genève*, edit. 1750, in-12, t. III, p. 64.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Viennensi archiepiscopo et Gebennensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

B Quoties in malefactores Ecclesiarum ecclesiasticae districtio sententia pro eorum excessibus canonicæ promulgatur, tandem in sua debet firmitate consistere donec malefactores ipsi cogantur cum satisfactione condigna quæ perperam gesserant emendare. Hinc est quod sententiam quam in comitem Gebennensem et terram ejus pro damnis et iniuriis Gebennensis Ecclesiæ canonicæ promulgasti, auctoritate apostolica confirmamus et usque ad satisfactionem debitam præcipimus inviolabiliter observari.

Datum Velletri, Kalendas Juli.

LXXXVI.

Ecclesia Basenvillensis immunitatem confirmat.

(Velletri, Jun. 2.)

[MARTEN, *Anecd.*, I, 589.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori et fratribus de Basenvilla, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis facilem decet nos præbere assensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente completere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, immunitatem et absolutionem in redditibus, procurationibus, consuetudinibus, exactionibus et aliis, exceptis feodis militum, a nobili viro Simone de Nealsa pro anima nobilis viri Simonis de Maurepast (8) in præsencia bonæ memorie L. quondam illustris Francorum regis et venerabilis fratris nostri W. tunc Senensis, nunc vero Remensis archiepiscopi vobis et successoribus vestris pia devotione factam, sicut in authenticis rescriptis prædictarum personarum habetur, devotioni vestrae auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocino communimus: statuentes, ut nulli omnino hominum licet banc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc tentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Velletri, iv Nonas Junii.

Simonis de Nealsa pro occisione Simonis de Maurepast, militis, ap. Martene, *Thes. Anecd.*, I, 589.

LXXXVII.

Ad [Willelmum] Remensem archiepiscopum. — Queritur anod solvat ligatos ab episcopo Belvacensi.
(Velletri, Jun. 9.)
[Ibid., 622.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri Remensi archiepiscopo, Sanctæ Sabinae cardinali, apostolicæ sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum quantum venerabilem fratrem nostrum Ph. Belvæensem episcopum ex causis pluribus diligere debcas et propensius honorare, fraternitatis tuæ prudentia non ignoret, grave gerimus admodum et molestum quod, sicut ex conquestione ipsius audi-
 vimus, parochianis illius, quos pro suis excessibus ligat, eo inconsulto, absolvit; in quo non parum auctoritatitati ejus detrahitur et honori. Sane, sicut eo significanti accepimus, eum nobilem virum et comitem Clarimontis excommunicationi, et terram ejus interdicto, de mandato tuo et consilio subjecisset, ei sine satisfactione aliqua pro arbitrio tuo **absolutionis beneficium impendisti, jurauento recepto, sed nihil ad satisfactionem pertinente præcepisti.** Quoniam ergo quanto sincerius eumdem episcopum sua et suorum consideratione diligimus, et honorem illius liberrime conservamus illæsum, tanto minus volumus quod in ejus redundant injuriam sustinere, fraternitati tuæ auctoritate apostolica prohibemus, ne dignitati ejus in aliquo deroges, neque sententias quas ipse protulerit, in ejusdem releves dispendium, vel gravamen: alioquin quantumcunque tibi, sicut venerabili fratri et magno Ecclesiæ membro velimus, gravamen illius non poterimus relinquere incorrectum.

Datum Velletri, iv Nonas Junii.

LXXXVIII.

Monachis S. Pancratii concedit ne filii eorum qui ecclesiæ monasterii tenuerint, ipsas ecclesiæ jure successionis habeant.

(Hanc bullam, quæ est Lucii III, Mansi *Concilia selecti*, Lucio II non recte tribuimus. Vide *Patrologia t. CLXXX, in Lucio II, sub num. 94.*)

ANNO 1183.

LXXXIX.

Monasterii S. Mariae Miræ-vallis protectionem suscipit bonaue ac privilegia confirmat.

(Velletri, Jan. 12.)

HUGO, Annales Præmonst., t. II, Probat., p. 171.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GUILLELMO abbati et ecclesiæ Sanctæ Marie de Mirævalli, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam exigentibus apostolicum adesse convenit præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum, aut eos a proposito revocet, aut robur (quod absit!) sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfata ecclesiæ Sanctæ

A Mariæ de Mirævalli, in qua divino estis mancipati obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes ut ordo canonicensis, qui secundum Deum, et beati Augustini Regulam atque institutionem Præmonstratensem siatur in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibi item temporibus inviolabiliter observetur. Præterea, quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et ilibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo præfata ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis; locum Morinivallis cum omnibus pertinentiis suis; quem Petrus Tullensis episcopus ecclesiæ vestre concessit, et scripti sui munimine roboravit ad oratorium ibi vobis faciendum; capellam de Brisseio castro, cum oblationibus et aliis pertinentiis suis; ecclesiam parochiale de Brisseio, cum villa, decimis, oblationibus et aliis pertinentiis suis. Croadas proprias quas idem episcopus vobis concessit, eidem loco adjacentes quæ protenduntur usque ad Morinum montem, et de eodem monte in piano superius, et in clivo inferius, sicut dividit semita quæ de castello descendens tendit ad plana montis superius usque ad fontem qui de clivo ipsius montis defluit, et liberum usum communium pasturarum omnis generis animalium profuturum, in toto banno præfati castelli, laude et assensu Gerardi advocati, ea ratione, ut, si aliquando fratres vestri alicui damnum fecerint, sine placitatione et omni exactione damnum cui illatum fuerit restituant. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere aut extorquere præsumat.

Licet quoque vobis clericos vel laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos ad conventionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit absque abbatis sui licentia de eo discedere; discedentem vero sine communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Pro chrismate vero, oleo sacro, consecrationibus ecclesiæ, ordinationibus clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, sive pro abbate deducendo ad sedem, vel quibuslibet aliis ecclesiasticis sacramentis nullus a vobis aut sub obtentu consuetudinis, aut quolibet alio modo quidquam audeat postulare. Si quis autem contra hoc venire præsumperit, portionem cum Gjezi se neverit habiturum, cujus factum exactione turpis in uneris imitetur (IV Reg. v). Licitum sit etiam vobis in causis vestris fratres vestros idoneos ad testificandum adducere, atque ipsorum testimonio, si

Pecuniam suorit, et propulsare violentiam et justitiam A vindicare. Sepulturam praeterea hujus loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obstat, salva tamen justitia illarum ecclesiistarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Paci quoque ac tranquillitatì vestra paterna sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus ut, infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum, nullus violentiam vel rapinam, seu furtum committere, ignem apponere, hominem capere, vel interficere aliqua temeritate præsumat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfata ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione sunt concessa, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diœcēsanī episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divipaz ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hie fructum bonarum actionis percipient et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholice Ecclesiae episcopus.

Ego Theodorus Portuensis Sanctæ Rufinae sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Paulus Prænestinus episcopus.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Susannaæ.

Ego Vivianus tituli Sancti Stephani in Coilio Monte presbyter cardinalis.

Ego Laborans presbyter cardinalis Sanctæ Mariae trans Tiberim tituli Calixti.

Ego Ranarius presbyter cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli tituli Pammachii.

Ego Hubertus presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Damaso.

Ego Hyacinthus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus.

Ego Bobo Sancti Angelii diaconus cardinalis.

Ego Gerardus diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Albinus dñe. card. Sanctæ Marie Novæ.

Datum Velletri, per manum Alberti sanctæ Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, secundo Idus Januarii, indictione decima quinta, Incarnatione Dominicæ anno 1182, pontificatus vero domini Lueii pape III anno secundo.

XC.

Ecclesiae S. Dionysii de Passu protectionem suscript et possessiones confirmat.

(Velletri, Jan. 12.)

[*Collection des Cartulaires*, t. V, p. 501.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canoniciis ecclesiae Sancti Dionysii de Passu, tam presentibus quam futuris canonice substitendis, in perpetuum...

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et præfata ecclesiam Sancti Dionysii de Passu, in qua divino mancipati estis obsequio, sub lexi Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communibus; statuentes, ut quaecunque possessiones, quaecunque bona, ... in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: redditus quos habetis a capitulo Parisiensi, videlicet duos modios et octo sextarios purioris frumenti granarii sui, ad minima regiam, exceptis septem modiis qui dicuntur de altib; et uniuersique canonicores Ecclesiae vestrae, tantum de pane et vino, quod dicitur Quadragesima, quantum et uni canoniconum residentium Beatae Mariæ, donum quæ est in claustro iusta ecclesiam vestram, et domos quæ sunt extra portam claustrum ad posternam, que duobus canoniciis sunt assignatae ex dono Simonis de Sancto Dionysio; molendum de Genestai, domos, vineas, prata, censum de Botunvile, pastura, terram et justitiam, cum omnibus appendiciis in episcopatu Meliensi; decimam de Parvo Nanteolo, decimam de Vinantis, decimam de Tuiz, feudum decimam de Sancto Maximo; quam Bulchardus de Sanei tenet in feudo a. vestra ecclesia, in episcopatu Parisiensi; decimam de Alncto et decimam de Dumiacho, quas de concessione Mauricii, Parisiensis episcopi, possidetis ex dono Petri, canonici Ecclesiae vestrae; quinque solidos de censu apud Argentolium, et decimam vini quæ pertinet ad ipsum censum; tres solidos et quatuor denarios, juxta burgum Sancti Dionysii; terram de Miliaco arabilem, vineas, prata, domum, molendum in Mibreyo situm, quod dicitur Quartum Molendinum, cuius medietatem emisit viginti libras Parisiensis monetae, reliquam vero partem emisit sexdecim libras; ex domo Barbedauri decani Beatae Mariæ Parisiensis, vineas apud Montem Camacum, ad luminare ecclesiae vestrae; et ex dono Richeldis sororis Simonis de Sancto Dionysio, iv solidos censuales apud Sanctum Medericum. Decrevimus ergo ut nulli omnino dominum fas sit, etc...

Datum Velletri, per manum Alberti sanctæ Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, ii Idus Januarii, indictione prima, Incarnationis

Dominicæ anno 1182, pontificatus vero domini Lætii pape III anno secundo.

XCI.

Ecclesiam S. Eusebii Vercellensem tuendam suscipit, canonicorumque possessiones confirmat. (Fragnentum.)

(Velletri, Jan. 16.)

[UGNELL, *Italia sacra*, IV, 783.]

Datum Velletri, per manus Alberti, S. Romanæ Ecclesiae cardinalis et cancellarii, xvii Kal. Febr., indict. xv, Incarnationis Dominicæ anno 1182, pontificatus II.

XCI.

Petro episcopo et capitulo Carnotensi concedi ut honores Carnotensis Ecclesiae aliis de cætero minime concedantur, nisi qui residentiam se promisebant habituros.

(Velletri, Jan. 17.)

[D'ACHERY, *Spicil. ed. in-sol.*, III, 247.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratris PETRO episcopo, et dilectis filiis G. decano et capitulo Carnotensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum ab eo cui plus committitur, amplius exigatur, dignum est et consonum rationi ut qui in Ecclesia vestra præ aliis honorantur, studiosius illi deserviant et ut litati ipsius intendant. Hac itaque ratione inducti, auctoritate duximus apostolica statuendum, ut honores Carnotensis Ecclesiae aliis de cætero minime concedantur, nisi qui secundum antiquam et rationabilem consuetudinem residentiam se promiserunt habituros. Si autem post propagationem suam hoc nequaquam impleverint, ab ipsis rediantur honoribus alieni. Ad hæc auctoritate apostolica inhibemus ne quis in alia ecclesia beneficium habens, in canonicum ecclesiae vestre aut plebanum presbyterum admittatur, nisi priori cesserit beneficio, et a proprio fuerit episcopo absolutus.

Decernimus ergo ut nulli omnino horumque licet hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu tenerario contraire. Si quis autem hoc intentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus non noverit incursum.

Datum Velletri, xvi Kalend. Februarii.

XCIII.

Joanni Magalonensi episcopo ecclesiæ quasdam confirmat.

(Velletri, Jan. 24.)

[Gall. Christ. nov., VI, Instr., 362.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri JOANNI Magalonensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Pervenit ad nos quod episcopatus tuus ex parte magna sit prædonum incursione vastatus, unde cum quarundam ecclesiæ ad jus episcopale pertinentium presbyteri sint defuncti, eas tibi specialius

A reservasti, exposcens illas tibi a sede apostolica confirmari. Eapropter tuis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam S. Genesii de Giugano, S. Andreæ de Cucullo, S. Michaelis de Mughiano, S. Michaelis de Aguzanicis, ecclesiam de Cazillaco, et S. Petri de Agantico, sicut eas rationabiliter et sine controversia possides, personæ tuæ auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Datum Velletri, ix Kalend. Februar., pontificatus anno tertio (9)

XCIV.

Episcopum Catanensem, archiepiscopi Monteregadensis suffraganeum factum, pallii gestandi potestate prirat.

(Velletri, Febr. 4.)

[PIRRI, *Sicilia sacra*, I, 532.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GUILLELMO archiepiscopo Montisregalis, ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Ne occasione pallii, cuius usum de indulgentia sedis apostolice Catanensis episcopus solitus est habere, inter ecclesiam Montisregalis et Catanensem episcopum lis oriatur, apostolica sanctione sancimus, et tam tibi quam successoribus tuis præsenti pagina confirmamus, ut post obitum venerabilis fratris nostri Catanensis episcopi, qui nunc est, ejus successor non utatur pallio.

Datum Velletri, ii Nonas Februarii, 1184.

XCV.

Monasterium Monteregalense sedem archiepiscopalem constituit. Abbatem Guillelmum archiepiscopum consecrat, pallioque ornat atque episcopatus Catanensis metropolitam declarat.

(Velletri, Febr. 5.)

[Ibid., 438.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GUILLELMO archiepiscopo Montisregalis, ejusque successoribus canonice instituendis in perpetuum.

Licet Dominus Jesus Christus Ecclesiæ suam instituens discipulis suis eamdem super credentes ligandi ac solvendi dederit potestatem, utrum tamen in ea, B. scilicet Petrum apostolum vult præmovere, dicens : *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis et quodcumque solveris super terram erit solutum et in cælis (Matth. xvi) :* intelligendum ex hoc tribuens fidelibus universis, quod sicut unus erat *Mediator Dei ei hominum homo Christus Jesus* (I Tim. ii), pacificans quæ in cælis erant et quæ super terram (Coloss. i), et dissolvens maceriarum parietem, et faciens utraque unum (Ephes. iii), sic est in Ecclesia unum ex ipso et per ipsum omnium caput esse, ne in membris fieret illa diversitas, quæ per unius auctoritatem et providentiam capitum ad unam fiduci veritatem, eandem religionis

(§) Verba pontificatus tertio aliena manus addidit. Leg. secundo.

reducerent et cultum. Quod etiam in eo loco monstratur, in quo et de confirmandis fratibus (*Luc. xxii*) et de pascendis Dominicis ovibus (*Joan. xxi*) præceptum a Domino nostro legitur ei datum.

Ex hac itaque potestate quæ ad B. Petrum ex Dominica traditione pervenit, sacrosancta Romana Ecclesia, quæ per Dominum Jesum Christum ab eodem B. Petro instituta est et fundata, super universas Ecclesias auctoritatem obtinuit, ut ubique ratum esset ac solidum quod ipsius prudentia statuisset. Quod etiam ab universis Ecclesiis per orbem terrarum usquequaque diffusis et receptum est et servatum, ita ut et per eam et distributio facta sit dignitatem, et inditum Christi fidelibus et diligenteribus ordinatum quod ad cultum pertinere visum est pietatis. Ex hac siquidem data B. Petro a Domino potestate ipse et successores ipsius per diversa mundi loca constituerunt episcopos, et dignitates per provincias divisorunt. Nos etiam, qui eis, licet imparies meritis, Domino vocante, successimus, in loco, qui Monsregalis dicitur, pro multa utilitate populi Christiani metropoliticam sedem duximus statuendam. Cum etenim charissimus in Christo filius noster Guillelmus, illustris Siciliae rex, divinis charitatis igne succensus, ad gloriam Dei et salutem suam ac parentum suorum monasterium ibi fundasset, et primo locum ad id agendum B. Petro et Romanæ obtulisset Ecclesie, ab episcopali subjectione per auctoritatem prædecessoris nostri felicis memorie Alexandri papæ assensumque venerabilis fratris nostri Gualterii Panormitanæ archiepiscopi liberum redditit et quietum. Ac sic ædificiis erigendis regiam curam impendens brevi tempore templum Domino multum digna administratione construxit, castris munitissimis et redditibus ampliavit, libris et sacris vestibus et argento decoravit et auro: et tandem multitudinem monachorum de Caveni ordine introduxit et in tantum ædificiis et rebus aliis extulit locum stum, ut simile opus per aliquem regum factum non fuerit a diebus antiquis ut in admirationem homines adducat, ad quos ex auditu solo poterit quod factum est pervenire. Deinde ad opus bonum, sicut cervus ad fontes aquarum anhelans, et modicum reputans quidquid desiderio fecerat æternorum, juxta id quo Sapientia dicit: Qui edant me, adhuc esurient, et qui bibunt me adhuc sicciant (*Ecli. xxiv*), a prædicto prædecessore nostro, et nobis ipsis et fratibus nostris cum multa instantia postulavit, ut eundem locum dignitate metropolitica donaremus, præsertim cum et illuc populum congregare cœpisset et disponeret congregare, qui ex illa parte contra omnium inimicorum cursus inexpugnabile munimen posset toti teræ conferre.

Porro nos, deliberatione habita non parva cum fratibus, et attentes communem utilitatem quæ de incremento illius loci speratur, desiderio, et petitioni ejus non duximus abnuendum, ne ubi liberalissimus ipse de thesauro et tenimentis suis

A exstiterat, nos de his quæ ad injuncti nobis apostolatus a Deo spectant officium existere difficiles videbemur, et tanta ejus et nostra minueretur tarditate devotio, quanta nostri studio de bono congruebat ad melius incitari. Nam ex hoc pro desiderio ejus non parum facile videbatur quod, licet esset insolitum, quod duæ metropoles tam vicinæ consisterent, ex hac tamē nova constitutione nequaquam jus minuehatur ulterius, cum jam ante monasterium ipsum per archiepiscopos et episcopos, tam in se quam in omnibus locis suis, ab omni episcopali jure fuisset exemptum et plena in omnibus libertate donatum, ita ut nulli archiepiscopo vel episcopo, nisi tantum Rom. pontifici subjaceret. Te itaque venerabili in Christo fratri Guillelmo in ejusdem loci archiepiscopum nostris tanquam B. Petri manibus consecramus et pallii dignitate statuimus decorandum. Recipiens quidem tandem ecclesiam ad honorem Domini Dei nostri et memoriam B. Marie virginis, regia liberalitate fundatam, sub apostolica tuitione muniminis et nostro privilegio, quod factum est, roboramus. Statuimus autem imprimis ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem et B. Benedicti Regulam et Cavensis monasterii observantias in eo loco constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus, inviolabiliter obseruantur.

Præterea quæcunque possessiones et quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum ex dono prænominati regis et quorumque aliorum rationabiliter possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis poterit adipisci, firma eidem ecclesiae in perpetuum et illibata permaneant. In quibus episcopatum Catanensem proprio duximus vocabulo designandum, quem nos de fratum nostrorum communione consilio ad multam prædicti regis instantiam tibi tuisque successoribus, sicut propriis archiepiscopis metropolitico in perpetuum constituiimus jure subesse. Episcopale quoque ius et omnia quæ in suscriptis locis ex concessione fratrum et coepiscoporum nostrorum habes, auctoritate apostolica tibi tuisque successoribus confirmamus, et firma et illibata perpetuis temporibus decernimus permanere; ex concessione scilicet venerabilis fratris nostri Gualterii Panormitanæ archiepiscopi cum voluntate, et consilio et assensu omnium canoniconum suorum, et regia etiam conniventia, totam parochiam, et diocesim castelli Cerleonis cum monasterio S. Mariae Magdalene, et aliis ecclesiis cum decinis et aliis justitiis, quas de baronibus et aliis hominibus ipsius castelli et pertinentiarum ejus, Panormitana ecclesia solebat percipere, et cum omni episcopali jure quod in eadem parochia et diocesi videbatur habere; ecclesiam præterea S. Sylvestri, quæ fuerat dominii et proprii juris Panormitanæ ecclesie, quam pro eo quod ecclesie tue multum vicinat, et multum erat utilior ei quam Panormitanæ ecclesie, jam dictus archiepiscopus,

sicut ejus scriptio authenticæ continetur, de consilio et consensu omnium fratrum suorum eidem ecclesiæ libera et spontanea tradidit voluntate, cum omnibus tenimentis, villanis, et possessionibus, et omni jure suo; ex concessione bona memoriae Nicolai, quondam Messanensis archiepiscopi cum totius capituli sui consensu omne jus episcopale quod ecclesia Messanensis debebat habere in monasterio, et omnibus pertinentiis ejus, quod illustris recordationis ejusdem regis mater Margarita, gloria quondam regina, in loco qui dicitur Monachium, in dioecesi Messanensi, in honorem Dei, et B. Mariae semper virginis memoriam pro sua devotione construxit, et per dictum archiepiscopum ab omni debito Messanensis ecclesie liberum obtinuit et quietum ab omni jure; ex concessione Thomæ Rheygiani archiepiscopicum communis capituli sui consensu, totum jus episcopale, vel quocunque aliud ad Rheygianam pertinebat ecclesiam in monasterio S. Salvatoris de Martello, quod construxit Joannes Calomenus, regius quondam camerarius, et in monasterio monialium Sancti Joannis Exocallia, quod est extra muros civitatis Rhegii, cum cellis, obedientiis, possessionibus, tenimentis, et pertinentiis monasteriorum ipsorum, juxta quod in jam dicti archiepiscopi privilegio continetur; ex concessione Bartholomæ Agrigentini episcopi cum capituli sui assensu tam parochiam et dioecesim quam universum jus episcopale, cum omnibus decimis, et aliis justitiis, ac redditibus suis, quos de baronibus, et aliis hominibus castelli Battalazii, et pertinentiarum ejus et casale Busachini, nec non et omnes decimas, et alias redditus, quos Agrigentina ecclesia de castro Corleonis et pertinentiis ejus habebat, sicut in scriptio ipsius episcopi dignoscitur; ex concessione Matthei Mazariensis episcopi parochiam, et dioecesim, et jus episcopale, omnesque decimas et alias redditus, quos ecclesia Mazariensis habebat in municipio Jati, et municipio Calatrasi, cunctisque pertinentiis ipsorum, sicut in scriptio prefati episcopi manifestius continetur; ex concessione R. Anglonensis episcopi cum communi capituli sui assensu in monasterio Carbonis cum cellis, obedientiis et possessionibus ejus totum episcopale jus, et quocunque aliud in eo Anglonensis D habebat ecclesiæ, sicut in ipsius episcopi scriptio denotatur expressum; ex concessione Bisiniensis episcopi cum capituli sui assensu ecclesiam S. Mariae de Macchia cum episcopali jure, et omnibus obedientiis et pertinentiis suis, sicut in ejusdem episcopi privilegio demonstratur; ecclesiam quoque S. Martini constructam in tenimento ecclesiæ a Petro Indulfo, quam ipse Petrus obtulit eidem ecclesiæ cum tenimentis, possessionibus et pertinentiis suis.

Pallium ad hæc, plenitudinem scilicet pontificalis officii, fraternitati tue de sedis apostolice liberalitate largimur, quo intra ecclesiam tuam ad missarum solemnia celebranda subscriptis diebus uti de-

A bebis, Nativitate scilicet Domini, festo S. Stephani, Octava Nativitatis Dominicæ, Epiphania Hypoponti, Dominica in ramiis Palmarum, Cœna Domini, Sabato Sancto, Pascha, et duobus diebus sequentibus, Assumptione, Pentecoste, tribus festivitatibus Dei genitricis et Virginis Maris, Natalicio S. Joannis Baptiste, commemoratione Omnium Sanctorum, solemnitatibus omnium apostolorum, et præcipuis festis ecclesiæ tuæ, dedicationibus ecclesiarum, consecrationibus episcoporum, ordinationibus clericorum, et anniversario tuæ consecrationis die. Prævideas igitur quomodo hujus indumenti honor modesta sit actum vivacitate servandus, ut ei morum tuorum ornamenta convenient, et esse plus valeas bonis actibus quam hujusmodi ornameinto, auctore B Deo, conspicuus, et quem pastoralis curæ constraingit officium, dilectionem proberis fratribus exhibere, ut in humilitatis virtute fundatus, ne eleveris prosperis, nec fatigeris adversis. Ipsi etiam adversarii per mandatum Dominicum tuo circa te copulentur affectu; et, quantum in te fuerit, pacem habere cum omnibus, et ad pacem studio reducere discordantes. Fulgeat in pectore tuo rationalis judicij cum superhumerali ratione conjunctum, et ita in conspectu Dëi procedas et hominum, quatenus commissa tibi gregi Dominico virtutis præstes exemplum, et taliter opere procedas et verbo, ut videntes opera tua bona glorificant Patrem nostrum qui in celis est (Matth. v), et gaudeant se talem habere rectorem, ver quem et erudiantur ad fidem et ad recta opera provocentur. Obeunte vero te aut tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem monachi ejusdem loci, vel major pars consilii senioris de ipso collegio, siquidem idoneus fuerit in eo repertus, secundum Deum et canonicas sanctiones crediderint eligendum. Quod si forte idoneus ibi reperiri nequiviterit, aliunde fuerit assumendus, per fratres ipsius loci monachus eligatur, qui nimirum et regularibus cibis et indumentis utatur.

Decernimus ergo ut nulli oinnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel allatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium saepe devotionis suæ, ac ad demonstrandum quod eadem ecclesia Romano tantum pontifici subjaceret, supernominatus filius noster rex, cum eam sub nomine monasterii fundare cœpisset, centum tarenos Romiano pontifici anni singulis constituit persolvendos. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sacerdotalis persona, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Paulus Prænestinus episcopus.

Ego Petrus presbyt. cardinalis tit. Sanctæ Suanæ.

Ego Vivianus tit. Sancti Stephani in Cœlio Monte presbyt. card.

Ego Laborans presbyt. card. Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Sancti Galixti.

Ego Raynerius presbyt. card. SS. Joannis et Pauli tit. Pammachii.

Ego Ubertus presbyt. card. Sancti Laurentii in Damaso.

Ego Pandulfus presbyt. card. tit. basilicæ Duodecim Apostolorum.

Ego Hyacinthus diaconus cardin. Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus card.

Ego Bobo diac. card. S. Angeli.

Ego Gerardus S. Adriani diac card.

Ego Octavianus diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Goffredus diac. card. Sanctæ Mariæ in Via Lata.

Ego Albinus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ.

Dat. Velletri, per manum Alberti S. R. E. presb. card. et cancellarii, Non. Febr. indict. i, Incarn. Dominicæ an. 1182, pont. vero domini Lucii pape III anno II.

XCVI.

Cephaloediensi et Pactensi episcopis præcipit, ut Richardo, archiepiscopo Massanensi, obtempereant.

(Velletri, Febr. 9.)

[PIRRI, Sicilia sacra, I, 398.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Cephaludensi et Pactensi episcopis, et dilectis filiis abbatibus et aliarum Ecclesiarum prælatis, Messanensis ecclesiæ metropolitico jure subjectis, salutem et apostolicam benedictionem.

Universitatem vestram credimus non latere quod ad hoc supernæ dispositionis provisio gradus in ecclesia esse voluit, et ordines constituit esse distinctos, ut, dum minores potioribus reverentiam exhiberent et majores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret et recte officiorum se gereret administratio singulorum. Hinc Apostolus ait: *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit* (Rom. xiii). Quapropter, per apostolica vobis scripta mandamus atque præcipimus, quatenus venerabili fratri nostro Richardo archiepiscopo vestro debitam obdientiam et reverentiam exhibentes, quæ secundum Deum vobis injunxit, contradictione cessante suscipiatis humiliter et firmiter observeatis: id quod de virtute possitis commendari et doceatis ex ea pli subjectos, qualiter superiores oportet honorari;

A justum est enim et canonice consentaneum sanctioni, ut qui se... aliis esse prælatum, reverentiam quam exigit, ipso impendat.

Datum Velletri, v Idus Februarii.

XCVII.

Ecclesiam S. Stephani Pratensem tuendam suscipit et ejus dona ac jura confirmat.

(Velletri, Febr. 12)

[UGHELLI, Italia sacra, III, 534.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Plebano præposito ecclesiæ S. Stephani de Prato, eusque fratribus tam præsentibus quam futuris canonicæ substituendis, in perpetuum.

B Effectum justa postulantibus indulgere, et vigor sequitatis, et ordo exigit rationis, præsertim quando potentium voluntatem et pietas adjuvat, et veritas non relinquunt. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus, et fel. rec. Innocentii PP. prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, præfatam ecclesiam S. Stephani, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quæcumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonicæ possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu. aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus bæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Ecclesiam S. Mariæ in Castello cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Trinitatis cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Petri in porta Fuya cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Vincentii, ecclesiam S. Jacobi, ecclesiam S. Thomæ cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Marci cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Salvatoris cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Mariæ de Ribaldo cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Martini cum suis pertinentiis, monasterium S. Martini de Cojano cum suis pertinentiis, jus quod habetis in monasterio S. Fabiani, ecclesiam S. Bartholomæi de Cojano cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Luciæ cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Petri de Figlino cum suis pertinentiis, jus quod habetis in ecclesia S. Michaelis de Cerreto, jus quod habetis in ecclesia S. Petri de insula, jus quod habetis in ecclesia S. Martini de Sorriana, jus quod habetis in ecclesia de Fabio, et jus quod habetis in ecclesia S. Joannis de Pisioria.

D Præseali quoquo privilegio duximus statuendim ut nulli parochianos vestros ad officia divisa recipere licet, quandiu a vobis fuerint excommunicationis vel interdicti sententia condemnati. Statuimus insuper ut in parochia ejusdem ecclesie vobis invitis et contradicentibus nulli omnino hominum licet ecclesiam construere, aut aliquid super hoc injuriam irrogare, salvis tamen privilegiis Romanorum pontificum. Decimas vero corum qui

ad vestram ecclesiam jure parochiali pertinent, absque alicujus contradictione vobis habendas cœdemus. Prohibemus etiam ut nullus interdicti seu excommunicationis sententiam absque justa et rationabili causa in vos vel ecclesiam vestram audeat promulgare. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrations altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, et ea vobis gratis, et absque prævitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin catholicum, quem malueritis, adeatis antistitem, qui nimis nostrum fultus auctoritate, quod postulatis, indulget. Sepulturam præterea ejusdem loci ad opus eorum, qui parochiani vestri censemur, vobis, et ecclesiæ vestre firmamus, ita quidem quod si ad aliquam religiosam ecclesiam, elegerint sepulturam, canonica vobis in testamento portio reservetur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit, etc.

Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus Portuen. et S. Rufinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episc.

Ego Paulus Prænestinus episc.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Susannaæ.

Ego Vivianus tit. S. Stephani in Cœlio Monte presb. card.

Ego Ranerius presb. card. SS. Joannis et Pavoli tit. Pammachii.

Ego Laborans presb. car. S. Marie trans Tiber. tit. Calixt.

Ego Pandolfus presb. card. tit. basilicæ XII Apostolorum.

Ego Jacobus diac. card. S. Marie in Cosmedin.

Ego Arditio diac. card. S. Theodori.

Ego Gratianus Sanctor. Coemæ et Damiani diac. card.

Ego Bobo diac. card. S. Angeli.

Ego Gherardus S. Adriani diacon. card.

Ego Octavianus diac. card. SS. Sergii et Bacchi.

Ego Soffred. S. Marie in Via Lata diac. card.

Ego Albinus diac. card. S. Marie Novæ.

Datum Velletri, per manum Alberti S. R. E. presb. cardinalis et cancell., xi Idus Februarii, inductione primæ, Incarnationis Dominiæ anno 1183, pontificatus vero Dom. Lucii pp. HI anno II.

XCVIII.

Compositionem Caldenbornensis monasterii et Rodensis confirmat.

(Velletri, Febr. 25.)

[SCHOETTCEN et KREYS:G., *Diplomat.*, II, 702.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio præposito Caldenbornensi, salutem et apostolica benedictionem.

Ra quæ in controversiam devenisse noscuntur et interveniente compositione amicabil sunt finita.

A ne in recidiva contentionis scrupulum relabantur, scripturæ sunt serie prosequenda et apostolico munimine roboranda. Pervenit quod quidem ad nos inter ecclesiam Caldenbornensem, in qua præpositura officium administras et ecclesiam Rodensem. controversya quædam fuit olim diutius agitata, quam venerabilis frater noster Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus et dilectus filius Halberstadiensis electus de consensu partium finierunt, ita quod ecclesiæ tuæ Rodensis præpositus de suorum canonicorum assensu sex mansos et dimidium, sítos in Elvenstedte, et unum sítum in Amalungedorff, et duas areas in Blanckeneim solventes duos solidos, assignavit, ea videlicet conditione, ut querela de juri dictis prædiis perpetuo conjuescat. Hanc igitur compositionem, sicut canonice facta est et ab utraque parte suscepta, auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti pagina et patrocinio communimus.

Præterea quædam prædia, videlicet in Gerendorff duos mansos solventes triginta solidos, Gerbenstede tres mansos solventes duo talenta et sex solidos, in Gorditz unum mansum solventem quatuordecim solidos, quæ emerunt a Merseburgensis Ecclesiæ canonicis, et quædam prædia quæ receperunt in concambio a charissimo in Christo filio nostro Frederico illustri Romanorum imperatore, scilicet in villa Vinkele decem talenta et decem solidos, in Wulfferstede quinque talenta et decem solidos, in Warrenstede quatuor talenta. Hæc siquidem omnia sint prædictæ ecclesiæ Caldenbornensi, quæ Caldenbornensis ecclesia pacifice et sine controversia possidet, auctoritate apostolica eidem ecclesiæ duximus confirmanda et præsentis scripti serie munienda, statuentes ut nulli bohinum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentre presumperit, omnipotenti Dei et SS. apostolorum ejus Petri et Pauli se noverit indignationem incursum.

Datum Velletri, quinto Kal. Mart.

XCIX

Privilegium pro monasterio Wilbacensi.

(Velletri, Febr. 27.)

[SCHATEN, *Annal. Paderborn.*, I, 858.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Henrico abbati, et sanctimonialibus monasteriis Wilboldissen, tam præsentibus quam futuris monasticam professis, in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor sequitatis et ordo exigit rationis, præsertim cum petentium voluntatem et pietas adjuvat, et veritas non relinquunt. Eapropter, dilectæ in Domino illæ, vestris postulationibus clementer annuimus et monasterium vestrum, in quo divino mancipatæ estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes, ut ordo me-

natiōes, qui secundum Deum et Beati Benedicti Regulam in eodem monasterio constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quasunque possessio-nes, quæcunque bona ibidem monasterium in præ-sens juste et canonice possidet, aut in futurum concessionē pontificum, largitione regum vel prin-cipum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis ve-strisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Wilbodesson, Watervelde, Trevere, Atride, Os-senthorp, Hemelhusen, Rocetebusen, Northen, Wellethe, Ilrenhusen, item Northen, Histniche, Wetere, Hathesbathessen, Volmarsen, Guuerssen, Adenem, Otheheim, Honrothem, Overethe, curtem in Suthem et decimam super eamdem villam, Es-nethe Gheveburche, Limgo, Winnethe, decimam in Eddessen, decimam in Hatherburgusen, decimam in Riebersen, decimam in Harderenissen, Sundrum in Hornen, dominum infra muros civitatis Patherburn, et quinque areas, et juxta civitatem tres mansos, decimam omnium uovalium nostrorum et omnes decimas in terminis decimarum vestrarum.

Cum autem generale interdictum fuerit, licet vobis clavis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Sepulturam quoque loci illius liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri delibera-verint, nisi excommunicati sint vel interdicti, nullus absistat, salva tamen justitia illorum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem sorores communi consensu, vel pars consilii sanioris secundum Dei timorem et D. Benedicti Regulam pro-viderint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet prælatam ecclesiam perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva se. lis apostolice auctoritate et dioecesani episcopi cano-nica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, et secundo tertio commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et bo-minis Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiōi subjec-tat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus

A et hic fructum bona actionis percipient et apud districtum judicem præmia aeternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Theodoreus Portuensis et Sanctæ Rufinae sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Gratianus SS. Coemæ et Damiani diaconus cardinalis.

Ego Vivianus S. Stephani in Cœlio Monte pre-sbyter cardinalis.

Ego Laborans presbyter cardinalis Sancte Maries trans Tiber.

Ego R.nerius presbyter cardinalis SS. Iosannis et Pauli tit. Pamachii.

B Datum Velletri, per manum Alberti S. Romanæ Ecclesæ et presbyteri cardinalis et cancellarii, in Kalend. Martii, inductione 1, Incarnationis Domini-nice anno 1183, pontificatus vero domini Lucii tertii anno secundo,

C.

Monasterium S. Laurentii Aversanum tuendum suscipit ejusque bona ac jura confirmat.

(Velletri, Mart. 18.)

[MARGARINI, Bullar. Casin., II, 200.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Bononiorum, abbatii monasterii Sancti Laurentii de Aversa, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

C Effectum justa postulantibus indulgere, et vigor sequitatis et ordo exigit rationis, præsentim quando potentium voluntates et pietas adjuvat et veritas non relinquit.

Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præstatu monasterium, quod existit juris beati Petri specia-liter, in quo divino estis obsequio mancipati, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis recordationis Urbani et Alexandri Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et B. Benedicti Regulam in eodem monasterio constitutus esse cognoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obser-vetur.

D Præterea quasunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionē pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Universas quoque ecclesias, terras et oppida, quæ monasterium ipsum rationabiliter possidet, vobis et eidem monasterio aucteritate apostolica confirmamus. Missas autem publicas ab aliquo episcopo in eodem monasterio celebrari, stationes fieri, processiones deduci, absque abbatis vel fratrum voluntate omnimodis prohibemus, ne

In servorum Dei recessibus, secularibus occasio A **præbeatur illa conventibus. Sanæ novalium vestrum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animaliis, nullus omnino vobis decimas exigere vel extorquere præsumat; nec liceat alicui episcopo ipsum monasterium vel cellas ejus interdicere, aut monachos excommunicare. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium vel basilicarum, ordinationes clericorum et monachorum monasterio pertinentium, qui ad sacros ordines sunt promovendi, a quocunque malueritis catholico episcopo suscipiat, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulget. Capellanos vel clericos, qui ipsi monasterio aut ejus cellis deseruent excommunicari vel ab officio suspensi, sive ad synodus vocari ab aliquo B episcopo prohibemus.**

Ad hæc etiam pro speciali ipsius monasterii libertate, qua Romana Ecclesia, nullo mediante, adhærere dignoscitur; ad honorem ac reverentiam gloriössimi martyris Laurentii cuius ibidem reliquiae sunt reconditæ, usum mitræ ubilibet in celebrationibus divinorum, et quotidianum usum annuli tibi tuisque successoribus absque alicujus contradictione; sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeyunt vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communī consensu vel fratribus pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et Beati Benedicti Regulam, providerint eligendum. Electus autem ad Romanum pontificem benedicendus accedat. Vos itaque filii in Christo dilectissimi, oportet regularis disciplinæ institutionibus operam diligenter impendere, quatenus, quanto a saecularibus tumultibus liberiores estis, tanto amplius placere Deo totius mentis et animæ virtutibus anhelatis. Decernimus ergo, etc. Si qua igitur, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus Portueus et S. Rulinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Paulus Prænestinus episcopus.

Ego Petrus presbyter cardinalis tit. S. Susannæ.

Ego Vivianus tit. S. Stephani in Cœlio Monte presbyter cardinalis.

Ego Laborans presbyter cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim, tit. Calixti.

Ego Rainerius presbyter cardinalis SS. Joannis et Pauli tit. Pammachii.

Ego Ubertus.

Datum Velletri, per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, xv Kalend. Aprilis, inductione prima, Incarnationis

A **Dominice anno 1182, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno II.**

Signum Lucii III papæ : ADIUA NOS, DEUS, SA-LUTARIS NOSTER.

CI.

Ecclesiam Iserniensem, rogatu Rainaldi episcopi, tuendam suscepit et bona ejus confirmat.

(Velletri, Mart. 20.)

[UCCELLI, Italia sacra, VI, 296.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri RAINALDO Iserniensi episcopo, suisque successoribus substituendis in perpetuum.

In eminenti apostolicæ sedis speculo, disponente Domino, constituti, fratres et coepiscopos nostros tam propinquos quam longe positos fraterna debemus charitate diligere, et Ecclesiis quibus Domino militare noscuntur suam justitiam conservare. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Iserniensem Ecclesiam, cui Deo auctore praesesse dignosciris, ad exemplar felicis recordationis Alexandri papæ, predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsensis scripti privilegio communimus, statuentes ut quacunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, et largitione regum vel principum, oblatione fidelium, vel aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, ürma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

Terminos, et fines tui episcopatus, quos nunc pacie nosceris possidere, secundum quod incipiunt a flumine Vulturni prope ubi se conjungit cum fluvio Sesti, et extenduntur per castrum Mastralis, et castrum Zurlani, et castrum Capriata, et castrum Fossaceæ, et per montana castrum Gualdi, Festi, et castrum Pizuti, et castrum Pestorani, et castrum Carpinonis cum Sancto Marco, et castrum Sexeno cum Sancto Benedicto, et per montem Rossini assurgit castrum Periculi, et castrum Montis Nigri, et castrum Rocchæ Siconis, et castrum Forumli, et extenduntur per terram Sancti Vincentii, et per montem Alze ad Portillæ, unde oritur Melerimum, et distenduntur usque in finem de terris et silvis et montibus monasterij S. Benedicti, et iterum extenduntur per fines territorii et silvarum et montium supradicti monasterii, et per verticem montis Aquilonis, et Sambuculi usque in forum S. Martini, et per verticem Montis Cesino, et distenduntur in vadum Francicum de ipso fluvio Seeti, et descendunt in ipso flumine Vulturni, qui est prima flnis. In Sesto plebem S. Eustachii, in Mastralis plebem S. Joannis, in Torcino plebem S. Mariae, in Capriata plebem S. Marice, in Cappellis plebem S. Joannis, in Camposacco plebem S. Joannis, in Monte Odonis plebem S. Angeli, in Gualdo plebem S. Angeli, in Falesto plebem

S. Maior, in Longono plebem S. Bartholomæi, in A
S. Agapito plebem S. Nicolai, in Riperta plebem
S. Salvatoris, in Pizzute plebem S. Agathæ, in
Pestorano plebem S. Marie, in Carpinone plebem
Sanctæ Mariæ, in Sexana plebem S. Mariæ, in
Fara plebem S. Nicolai, in Monte Negro plebem
S. Mariæ, in Rocca Siconis plebem S. Leonardi,
in Forulo plebem S. Blasii, in Conestellis plebem
S. Laurentii, in Rocca Beraldi plebem S. Nicandri,
in Armana plebem S. Crucis, in Conveula plebem
S. Angeli, in Meronda plebem S. Nicolai, in
Pericolo plebem S. Marie, in Ovano plebem S. Marie,
in Saxo plebem S. Laurentii, in Valle Jannelli
plebem S. Mariæ, in Macchia plebem S. Nicolai, in
Ravindola plebem S. Angeli, in Venafro plebem
S. Mariæ cum pertinentiis suis, in Rocca Venefri B
ecclesiam S. Crucis, in Rocca Peperoli ecclesiam
S. Mariæ, in Monte Aquilo plebem S. Mariæ, in
Valle S. Locheri plebem S. Mariæ, in Cerasole
plebem S. Christophori, in Casali plebem S. Joannis,
in territorio Venafrano ecclesiam S. Barbaræ,
S. Nicandri, et S. Crucis, in Peperolo ecclesiam
S. Georgii, et S. Nazarii, in Camposacco ecclesiam
S. Andreæ, in Monte Rodono ecclesiam S. Nazarii,
in Macchia ecclesiam S. Mariæ, in Isernia ecclesiam
S. Viti, S. Agapiti, et ecclesiam S. Salvatoris
de territorio de Exan, et monasterium S. Marie
situm infra muros ejusdem civitatis Iserniae, in
territorio Longanae ecclesiam S. Sepulcri et S.
Erasmi, in S. Agapito ecclesiam S. Helenæ, in
Gualdo ecclesiam S. Nicolai, in Pizzuti ecclesiam
S. Laurentii et ecclesiam S. Petri, in Carpinone
ecclesiam S. Mauri et ecclesiam Sancti Romani, in
Sexanti ecclesiam S. Angeli et ecclesiam S. Bene-
dicti, in Miranda ecclesiam S. Angeli, in Forulo
ecclesiam S. Petri, et ecclesiam S. Onuphrii, et
ecclesiam Sancti Pancratii, in Monte Aquilo ecclesiam
S. Pauli cum tribus capellis et pertinentiis
earum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet
præfatum Iserniensem Ecclesiam temere pertur-
bare, aut ejus possessiones auferre, vel abiatas re-
tinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus sati-
gare, sed omnia integra conservare eorum, pro
quorum gubernatione et sustentatione concessâ
sunt usibus omnimodis profutura, salva apostolice
sedis auctoritate, et Capuani episcopi debita rever-
entia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sœcu-
laris persona, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufinae sedis
episcopus.

Ego Henricus Alhanensis episcopus.

Ego Petrus presb. card. S. Susanna.

Ego Vivianus tituli S. Stephani in Cœlio Monte
presb. card.

Ego Laborans presb. card. S. Marie trans Tiberim tit. S. Calixti.

Ego Rainierius presb. card. SS. Joannis et Pauli,
tit. Pammachii.

Ego Ubertus presb. card. eccles. S. Laurentii in
Danaso.

Ego Jacobus diaconus cardinalis S. Marie in
Cosmedin.

Ego Audito diac. card. S. Theodori.

Ego Gregorius SS. Cosmæ et Damiani diaconus
cardinalis.

Datum Velletri, per manus Alberti S. R. E. presb.
card. et cancellavii, xii Kal. Aprilis ind. 1, lucan-
nationis Dominicæ anno 1182, pontificatus vero
domini Lucii papæ III anno secundo.

CII.

Privilegium pro abbatia S. Gisleni.

(Velletri, April. 4.)

[REIFFENBERG, Monuments, VIII, 393]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filii abbati monasterii Sancti Gisleni, ejusque fra-
tribus, tam præsentibus quam futuris regularem
vitam professisis, in perpetuum.

Effectum justa postulationibus indulgere, et vigor
sequitatis et ordo exigit rationis, præsertim cum
petentium voluntates et pietas adjuvat et veritas
non relinquitur. Eapropter, dilecti in Domino filii,
vestris justis postulationibus clementer annuimus,
et præsalutum monasterium, in quo estis divino man-
cipati obsequio, sub beati Petri et nostra protectio-
ne suscipimus et præsentis scripti privilegio com-
muniimus, imprimis siquidem statuentes ut ordo
monasticus, qui secundum Deum et Beati Benedicti
Regulam in eo loco institutus esse dignoscitur, per-
petuis ibidem temporibus inviolabiliter observebitur.
Præterea, quascunque possessiones, quascunque
bona idem monasterium in præsentiарum juste et
canonice possidet, aut in futurum concessione pos-
sibilem, largitione regum vel principum, oblatione
fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, po-
terit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus
et illibata permaneat; in quibus hæc propriis du-
xiimus exprimenda vocabulis:

Locum ipsum in quo præsum monasterium si-
tum est cum omnibus pertinentiis suis; in villa
Logia (Slogia) curtem, dominicatam et carrucatam
D terræ arabilis cum curtibus, cum omni decima,
tam ipsius terræ quam omnium feodorum ejusdem
villæ; decimas quas habetis in terris Sancti Petri,
decimam decimæ [de vinea] Hugonis, villare quod
dicitur ultramontes cum pertinentiis suis, et ejus-
dem loci ecclesiam cum appendiciis suis Harminico
et Beuweniis; decimam de curte et de terris San-
cti Laedolini; in Novella terram arabilem unius
carrucatæ, quartam partem villæ Bægiis, cum per-
tentientiis suis et districto; in villa que dicitur Wa-
mia allodium Gonteri et Ægidii filii ejus de Cing;
terramque Hugonis de Aengien cum aliis terris,
curtibus, redditibus, pratis et silvis; partem villa
Durni cum villa et districto, villam de Waberias et
curtem dominicatam, ab omni advocatione et deci-

ma liberam; ecclesiam, quam sub anno censu A centum solidorum Cameracensis monetæ ab ecclesia Sancti Gaugerici possidetis; in villa Chavren curtem dominicatam, cum terris, pratis, silvis, aquis, et curtibus et portione decimæ ab omni dominio libera, et ab aliis partibus divisa; in villa quæ dicitur Harcheis tres fortunes, ad pondus Flandriæ, quæ debet Alnensis ecclesia pro terra Heluidis; in Resbaco, curtem dominicatam et tres partes totius allodii, tam in terris quam in silvis, aquis, pratis et redditibus eam districto; apud Roncherias sex marcas argenti ad pondus Colonizæ, quæ debet Camberonis ecclesia sub anno censu pro ejusdem loci terris, et altari cum capella de Herieriponte; altare de Cella, cum appendiciis suis Hornuth et Quaternione; ecclesiam de Durno cum appendiciis suis Blegiis, Hercana, Astices et Slogio; ecclesiam de Villari cum appendiciis suis Harminiaco et Bewen-giis; ecclesiam de Wama cum suis pertinentiis Wamiolo et Reseniis, Bassecles cum appendiciis suis; Altregiam, cum capella de villa, cum omnibus appendiciis suis, ab omni exactione liberam, præter episcopi obsonium; apud Imbrechies curtem et terras dominicatas cum pratis et aquis, duas partes communis allodii ab omni exactione liberas, altare de Bosut, a personatu et ab omni exactione liberum, præter annum sex denariorum redditum pro episcopi obsonio; altare de Baldurno cum appendicio suo Willeroth, ab omni exactione liberum, præter annum trium solidorum redditum pro episcopi obsonio; altare de Lingniis et de Tumaide; capellam de Rameniis, liberam a personatu et omni exactione, præter episcopi obsonia; Abechias cum appendiciis suis Belchi, Molembois, Popiola, Petrewetz et aliis appendiciis suis; altaria quoque a hunc memorie Nicolao quondam Cameracensi episcopo vobis collata et ejusdem privilegiis confirmata; Harchies cum appendiciis suis, Grandiecclesia et Stambrusia, et capellam de Equi campo; altare de Blathum, liberum et sine personatu; capellam de Wieres liberam, præter sanegium duodecim denariorum; altare de Tulin cum appendiciis suis Hainin, altare de Ilunchenii; altare de Hersella, altare de Rascengien, altare de Humberges; altare de Goi cum terra et appendiciis suis, altare de Longiis cum appendiciis suis Dolciis (*Doulzies*) et capella de Squeri, capellam Delfait (*Defait, Defayt*) et capellam de Herieriponte, liberas ab omni exactione et personatu; in villa Alemannis curtem dominicatam et decimam ipsius curtis et terræ ad eamdem villam pertinentis in terris, vineis, pratis, silvis, et quæque in pago Suessionensi Beati Gisleni juste ac pacifice possidetis; curtem et terras dominicas apud Altregium, et partes communis allodii in terris, aquis, pratis, silvis et redditibus, ab omni exactione vel advocatione liberas; villam Bassecles cum omnibus appendiciis suis, et villicationem ejusdem villa in eleemosynam monasterio vestro concessam.

PATROL. CCL.

Sæpe novalium vestrorum quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animaliis vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Licet quoque vobis clericos vel laicos, e sæculo fugientes liberos et absolutos, ad conversionem vestram recipere, et absque contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis, januis clausis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa vno divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen illarum ecclesiarum justitia a quibus mortuorum corpora assumantur. Obeunte vero to nuca ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quefrat fratres communis consensu vel fratum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, providerint eligendum. Cousuetudines etiam antiquas, libertates, immunitates eidem monasterio concessas et hactenus observatas, ratas habemus, easque futuris temporibus manere decernimus illibatas. labibemus insuper ne quis in vos vel ecclesias vestras, sine manifesta et rationabilis causa, excommunicationis vel interdicti sententiam audeat promulgare.

C Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et dice cesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum condigna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniustitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extreme examine districte ultiōni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inventiant. Amen, amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Petrus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Susannæ.

Ego Vivianus tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte presbyter cardinalis.

Ego Laborans, presbyter cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim, tituli Galixti.

Ego Rainerus presbyter cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli tituli Pammachii.

Ego Hubertus presbyter cardinalis Sancti Laurentii in Damaso.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinae sedis episcopus.

Ego Hyacinthus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Bono Sancti Angeli diaconus cardinalis.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Soffredus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata.

Ego Albinus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ novæ.

Datum Velletri, per manum Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, ii Nonas Aprilis, indictione i, Incarnationis Domini dicæ anno 1183, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno ii.

CIII.

Privilegia fratrum militia Templo Hierosolymitanorum confirmata.

(Velletri, April. 28.)

[*RITMUS, Fædera, etc., I, p. 37.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectus aliis ARNALDO magistro religiosæ militiae Templi quod Jerosolymis situm est, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre lumen, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (*Jac. 1, 17*). Proinde, dilecti in Domino filii, de vobis et pro vobis omnipotentem Dominum collaudamus, quoniam in universo mundo vestra religio et veneranda institutio nuntiatur (*Rom. 1, 8*). Cum enim natura essetis filii iræ (*Ephes. 11, 8*) et sæculi voluptatibus dediti, nunc per aspirantem gloriam Evangelii non surdi auditores effecti, religitis pompis sæcularibus et rebus propriis, dimissa etiam spatiosa via, quæ dicit ad mortem, arduum iter quod dicit ad vitam (*Matth. vii, 13, 14*) buni-
litter elegistis atque ad comprobandum quod in Dei militia specialiter computemini signum vivificæ crucis in vestro pectore assidue circumfertis (*II Cor. iv, 10*). Accedit ad hoc quod tanquam veri Israelitæ atque instructissimi divini prælii bellatores, vera charitatis flamma succensi dictum evangelicum operibus adimplitis, quo dicitur: *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animum suum ponat pro amicis suis* (*Joan. xv, 13*). Unde cum summi Pastoris vocem juxta animas vestras pro fratribus ponere (*I Joan. iii, 16*), eosque ab incur-
sibus paganorum defensare minime formidetis et, cum nomine censemini milites, constituti estis a Domino catholicæ Ecclesiae defensores et inimicorum Christi impugnatores.

Licet autem vestrum studium et laudanda devo-

tio in tam sacro opere toto corde et tota mente de-
sudet, nihilominus tamen universitatem vestram exhortamur in Domino atque in peccatorum remissionem auctoritate Dei et beati Petri apostolorum principis, tam vobis quam servitoribus vestris injungimus, ut pro tuenda catholica Ecclesia, et ea, quæ est sub paganorum tyrannide, de ipsorum spuria erienda, expugnando inimicos crucis, invocato Christi nomine intrepide laboretis.

Ea etiam, quæ de ipsorum spoliis ceperitis, fiden-
ter in usus vestros convertatis, et ne de his contra
velli vestrum, portionem alicui dare cogamini pro-
hibemus. Statuentes ut Domus seu Templum in
quo estis ad Dei laudem et gloriam atque defen-
sionem suorum fidelium et liberandam Dei Eccle-
siam congregati, cum omnibus possessionibus et
bonis suis quæ in praesentiarum legitime habere
cognoscitur, aut in futurum concessionem pontificum,
liberalitate regum vel principum, oblatione fide-
lium, seu aliis justis modis præstante Domino poter-
tit adipisci, perpetuis futuris temporibus sub apo-
stolicæ sedis tutela et protectione consistat. Præ-
senti quoque decreto sancimus ut vita religiosa,
quæ in vestra domo est, divina inspirante gratia,
instituta ibidem inviolabiliter observetur, et fratres
inibi omnipotenti Deo servientes caste et sine pro-
prio vivant et professionem suam dictis et moribus
comprobantes, magistro suo aut quibus ipse præ-
cepit, in omnibus et per omnia subjecti et obedien-
tes existant.

Præterea quemadmodum domus ipsa hujus sacrae
vestræ institutionis et ordinis fons et origo esse
promieruit, ita nibilominus omnium locorum ad
eam pertinentium caput et magistra in perpetuum
habeatur. Ad hæc adjacentes præcipiunt ut ob-
eunte te, dilekte in Domino fili Arnalde, vel tuorū
quolibet successorum, nullus ejusdem domus fra-
tribus præponatur, nisi militaria et religiosa per-
sona, quæ vestræ conversationis habitum sit pro-
fessa; nec ab aliis nisi ab omnibus fratribus insi-
mul, vel a saniori ac puriori eorum parte, qui præ-
ponendus fuerit, eligatur.

Porro consuetudines ad vestræ religionis et officii
observantiam, a magistro et fratribus communiter
institutas nulli ecclesiastice sæcularisve perso-
nae infringere vel minuere sit licitum. Easdem quoque
consuetudines a vobis aliquando tempore observa-
tas et scripto firmatas, non nisi ab eo qui magister
est, consentiente tamen saniori parte capituli, li-
ceat immutari. Prohibemus autem et omnimodis
interdicimus ut fidelitates, hominia, sive juramenta
vel reliquias securitates quæ a sæcularibus frequen-
tantur, nulla ecclesiastica sæcularisve persona a
magistro et fratribus ejusdem domus exigere au-
deat. Illud autem scitote, cum sicut vestra sacra
institutio et religionis militia divina est providen-
tia stabilita, ita nibilominus nullius vitæ religiosioris
obtentu ad locum alium vos convenit conve-
olare, Deus enim qui est incommutabilis et æter-

sus, mutabilia corda non approbat, sed potius sacram propositum semel incepsum perduci vult usque in finem debitæ actionis. Quot et quanti sub militari cingulo et chlamyde terreni imperii Domino placuerunt, sibique memoriale perpetuum reliquerunt? Quot et quanti in armis bellicis constituti, pro testamento Dei et paternarum legum defensione quis temporibus fortiter dimicarunt, atque manus sua in sanguinem infidelium Domino consecrantes, post bellicos sudores, æternæ vitae bravium sunt adepti? Videate itaque vocationem vestram, fratres tam milites quam servientes, atque iuxta Apostolum, unusquisque vestrum, in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Ideoque fratres vestros semel devotos atque in sacro collegio vestro recepos, post factam in vestra militia professionem et habitum religionis assumptum, revertendi ad sæculum nullam habere præcipimus facultatem. Nec alicui eorum fas sit, post factam professionem, semel assumptam crucem Dominicam, et habitum vestre professionis abjicerè, vel ad alium locum, seu etiam monasterium, majoris sive minoris religionis obtentu, invitis sive inconsultis fratribus, aut eo qui magister extiterit, liceat transmigrare. Nullique ecclesiastice sæculariæ personæ ipsos suscipiendi aut retinendi licentia paterat.

Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Ceterum decimas quas consilio et consensu episcoporum de manu clericorum vel laicorum habere poteritis, illas etiam quas consentientibus episcopis et eorum clericis acquiretis, vobis auctoritate apostolica confirmamus.

Ut autem ad plenitudinem salutis et curam animalium vestrarum nihil vobis desit et ecclesiastica sacramenta et divina officia vestro sacro collegio exhibeantur commodius, simili modo sancimus ut liceat vobis honestos clericos et sacerdotes, secundum Deum quantum ad vestram scientiam ordinatos, undecunque ad vos venientes suscipere, et tam in principali domo vestra quam etiam in obedientiis et locis sibi subditis, vobiscum habere; dummodo si e vicino sunt, eos a propriis episcopis expetatis, iudeisque nulli alii professioni vel ordini teneantur obnoxii. Quod si episcopi eodem vobis concedere forte noluerint, nihilominus tamen eos suscipiendi et retinendi auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ licentiam habeatis. Si vero aliqui horum, post factam professionem, turbatores religionis vestre aut domes, vel etiam inutiles apparuerint, liceat vobis eos cum saniori parte capituli amovere, eisque transeundi ad alium ordinem ubi secundum Deum vivere voluerint, licentiam dare, et loco ipsorum alios idoneos substituere, qui etiam unius anni spatio in vestra societate probentur. Quo pacto, si mores eorum hoc

A exigerint et ad vestrum servitium invensi fuerint, tunc demam professionem facient regulariter vendi et magistro suo obediri, ita tamen ut eundem victimum et vestitum vobiscum habeant nec non lectisternia, excepto eo quod vestimenta clausa portabunt. Sed nec ipsis licet de capitulo, vel cura domus vestre se temere intromittere, nisi quantum eis a vobis fuerit injunctum. Curam quoque animalium tantum habeant quantum a vobis fuerint requisiti. Præterea nulli personæ extra vestrum capitulum sint subjecti; tibique, dilecte in Domino fili Arnalde, tuisque successoribus tanquam magistro et prælato suo, secundum statuta ordinis vestri obedientiam deferant.

B Consecrationes vero altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordinis fuerint promovendi et cætera ecclesiastica sacramenta a diœcesanis suscipiatis episcopis, siquidem catholicæ fuerint, et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerint, et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis voluerint exhibere. Alioquin licet vobis catholicos quoscunque malueritis adire antistites, qui, nimur nostra fulti auctoritate, quæ postulantur indulgeant. Clericos autem pro pecunia prædicare aut lucre, vosque pro hujusmodi causa eos ad prædicandum mittere, prohibemus, nisi forte magister Templi qui pro tempore fuerit, certis ex causis id faciendum esse decreverit. Si quando vero loca deserta fuerint, eidem venerabilis domui, ab aliquo pia devotione collata, liceat vobis ibidem villas ædificare, ecclesias et cæmeteria ad opus hominum ibidem manentium fabricare, ita tamen ut in vicinia illa abbatia vel religiosorum hominum collegium non existat, quæ ob hoc valeat perturbari. Cum autem terræ cultæ vobis quolibet justo titulo conseruantur, facultatem et licentiam habeatis ibidem oratoria construendi, et cæmeteria faciendi ad opus transeuntium et eorum solummodo qui de vestra fuerint mensa. Indecens enim est et animalium periculo proximum, religiosos fratres occasione adeundæ ecclesiæ, se virorum turbis et mulierum frequentiae immiscere. Quicunque sane in vestro collegio suscipiantur, stabilitatem loci, conversionem morum, seque militaturos Domino diebus vitae sue sub obedientia magistri Templi, posito scripto super altare in quo continentur ista, promitterent. Decernimus ergo ut receptores vestrarum fraternitatum, sive collectarum, salvo jure dominorum suorum in beati Petri et nostra protectione consistant, et per terras in quibus fuerint pacem habeant. Simili modo sancimus ut quicunque in vestra frateruitate fuerit receptus, si forte ecclesia ad quam pertinet a divinis officiis erit prohibita, eumque mori contigerit, eidem sepultura ecclesiastica non negetur, nisi excommunicatus, vel nominatim fuerit interdictus. Præterea si quis fratum vestrorum, qui ad recipiendas easdem fraternitates vel collectas a vobis fuerint missi in quamlibet civitatem, castellum vel vicum advenc-

riat, si forte locus ipse a divinis officiis sit interdictus, pro omnipotentis Dei reverentia et eorum jucundo adventu, semel in anno aperiantur ecclesiae et, exclusis excommunicatis, divina ibi officia celebrentur. Statuimus etiam ut nulli episcopo in ecclesiis vobis utroque jure subditis, interdicti vel excommunicationis sententiam liceat promulgare. Verumtamen si generale interdictum fuerit in locis illis prolatum, exclusis excommunicatis et nominatum interdictis, clausis januis, absque signorum pulsatione, plane divina officia celebretis. Decernimus insuper auctoritate apostolica ut apud quemcunque locum vos venire contigerit, ab honestis atque catholicis sacerdotibus poenitentiam, unctionem, seu alia quælibet sacramenta ecclesiastica suscipere liceat, ne forte ad perceptionem spiritualium bonorum vobis quidpiam deesse valeat. Quia vero omnes in Christo unus sumus, et non est personarum differentia, apud Deum, tam remissionis peccatorum quam alterius beneficiorum atque apostolicæ benedictionis quæ vobis indulta est, etiam familiam et servientes vestros volumus esse particeps.

Nulli ergo omnino hominum liceat præstatum locum temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conservetur vestris atque aliorum Dei fideliū usibus omnimodis profutura, salva in omnibus sedis apostolicae auctoritate. Si quis igitur, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Conservantes autem hæc omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus benedictionem et gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholicae Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rusinæ sedis episcopus.

Ego Paulus Prænestinus episcopus.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Susannæ.

Ego Rainerius presb. cardinalis tit. Sanctorum Joannis et Pauli tit. Pammachii.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Ubertus presb. card. tit. S. Laurentii in Damasco.

Ego Pandulphus presbyter cardinalis tit. Basiliceæ XII Apostolorum.

Ego Jacobus diaconus cardinalis. S. Mariæ in Cosmedin.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

A Ego Bobo diaconus cardinalis Sancti Angelli.
Ego Gerardus diaconus cardinalis, etc.
Ego Octavianus diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.
Ego Sofredus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata.
Ego Albinus cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ.
Datum Velletri, per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesia presbyteri cardinalis et cancellarii, IV Kal. Maii, indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1183, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno II.

(*Sigillo plumbeo pendente e filis sericis rubeique coloris.*)

B

Ecclesiæ S. Petri Ratisponensis protectionem snacipit et privilegiorum bonaqua confirmat.

(Velletri, April. 30.)

[*RIED, Cod. diplom. Ratispon., I, 260.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis Ratiporti decano Ratisponensis Ecclesiæ, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum.

Quoties a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et potentium desideriis effectum congruum impetriri. Eapropter, dilecti in Domino illi, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et felicis recordationis Eugenii papæ predecessoris nostri vestigiis inhærentes, ecclesiam vestram, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsenti:rum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sicut nobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis : Ecclesiam ipsam Beati Petri Ratisponen. cum omnibus possessionibus et appendiciis suis, parochiam majoris Ecclesiæ, curtem de Gislingen cum omnibus possessionibus et appendiciis suis, domos vestras claustrales, areas domorum in civitate Ratisponen. sitas; ecclesiam de Persen in ea libertate qua bona memoriae Hartwicus Ratisponen. episcopus vobis concessit, et pacifice ac rationabiliter possidetis; ecclesiam de Wibelsdorf; ecclesiam de Illinchoven, ecclesiam de Hovekirchen, ecclesiam Waltkeringen, ecclesiam Pfaffenberge, ecclesiam Hiltinchoven, ecclesiam Psolenchoven, ecclesiam Lirendorf, ecclesiam Leuchingen, ecclesiam Punnechoven, ecclesiam Ojelhaim, ecclesiam Chirphinbolze, ecclesiam Hazenchoven, decimam Wimtingen, decimam Sanutingen, decimas in Toenkove, decimas in Norkowe; prædium, quod habetis in villa, quæ dicitur Holzen; prædium, quod habetis in villa, quæ dicitur in Heitemchoven; præ-

dium, quod habetis in villa, quæ dicitur Straße; A mansum quem habetis in villa, quæ dicitur Talmazzingen.

Ad hæc adjicientes statuimus, ut nulli nisi ecclesiæ vestræ canonice ejusdem ecclesiæ archidiaco-natum administratio committatur. Ut autem a sæculari tumultu securi liberius divinis celebrandis officiis consistatis, sub interminatione anathematis interdicimus, ne quis princeps, charissimo in Christo filio nostro Frederico illustri Romanorum imperatore semper Augusto excepto, homines vel equos suos ponendi in hospitia vestra, vobis invitatis, habeat facultatem. Cum autem ab imperiali serenitate solemnis curia fuerit congregata, apud vos sine introductione equorum personæ duntaxat ecclesiasticæ hospitentur. Præterea, quoniam, sicut dicit Apostolus, nullus debet judicare alienum servum, quia suo domino stat aut cadit, auctoritate apostolica prohibemus, ne aliquis sæcularis judex, contra antiquam consuetudinem usque ad moderna tempora observatam, quemquam servientum vestrorum sine assensu vestro judicandi habeat facultatem, nisi offensa fuerit, quæ sanguinis vindictam inducat, quam per virum ecclesiasticum non conveniat exerceri. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnino profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, et diocesani episcopi canonica justitia et debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui caret dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtæ ultiō subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodin. Portuén. et Sanctæ Rufinæ sedis episcopus ss.

Ego Heinricus Albanen. episcopus ss.

Ego Vunan. tt. S. Stephani in Cœlio Monte presbyter card. ss.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ trans Tiberim. tit. Calixti ss.

Ego Rainierius presb. card. SS. Joannis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Hubertus presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Eander presb. card. tit. Basilicæ XII Apostolorum ss.

Ego Arditio diac. card. S. Theodori ss.

Ego Gerardus S. Adriani diac. card. ss.

Ego Soffredus S. Mariæ in Via Lata diac. card. ss.

Ego Albinus diac. card. S. Mariæ Nove ss.

Datum Velletri, per manum Alberti S. Romanæ Ecclesiæ presb. card. cancell., u Kal. Maii, indict. I, Incarnationis Dominiæ anno 1183, pontificatus vero domini Lucil papæ III anno secundo.

Plumbum appendet : Lucius PP. III.

CV.

Monasterium S. Martini in Insula Barbara tuendum suscipit, possessiones et privilegia confirmat.

(Velletri, Maii 4.)

B [Le LABOUREUR, les Mazures de l'abbaye royale de l'Isle Barbe, t. I, p. 115.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei; dilectis aliis GUICHARDO abbati monasterii S. Martini quod in Insula Barbara situm est, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo exigit rationis, præsertim cum potentium voluntatem et pietas adjuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris multis postulationibus clementer annuimus et præfatum monasterium in quo estis divino officio mancipati, ad exemplar felicis recordationis Innocentii et Alexandri prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo et monasterium quod secundum Deum et B. Benedicti Regulam in eodem loco institutum esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obseruentur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impræsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu alii justis modis, Deo proprie poterit adipisci, firma vobis restisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocalulis :

C Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiis in eadem insula constructis. In burgo extra, littus Araris ecclesiam Sancti Nicolai Sanctorumque Mervii et Eleazari. In Monte Aurro ecclesiam Sancti Nicetii, in villa Pomerii ecclesiam S. Juliani, S. Cypriani de Cassania. Capellam S. Bartholomæi. In Arderia ecclesiam S. Joannis et S. Germani in Taponaco. Ecclesiam S. Mariæ et S. Justi de Ranciano, ecclesiam de Beo, ecclesiam S. Andreæ de Cimaloco, ecclesiam S. Christophori, capellam S. Bartholomæi, ecclesiam S. Martini de Franchelams, ecclesiam S. Euphemiæ de Inviniaco, ecclesiam S. Florentii et ecclesiam S. Mariæ de Visiniaco, ecclesiam S. Petri de la Montaneyo, ecclesiam S. Bartholomæi, ecclesiam S. Martini de Floriaco, eccl-

siam S. Pauli de Petra Incisa. Ecclesiam S. Petri de Firmiliaco, ecclesiam S. Petri de Biriaco, ecclesiam de Bressola. In Jalliaco ecclesiam S. Vincentii, ecclesiam de Pisiaco, ecclesiam de Sancta Cruce; ecclesiam de Corziaco, ecclesiam de Romaneche, capellam de Micibello, ecclesiam de Maximiano mortuo, ecclesiam S. Petri in Rilliaco, ecclesiam de Buxiaco, ecclesiam de Fironda, ecclesiam de Crispiacono, ecclesiam de Beyno, ecclesiam de Villorges, ecclesias de Noyosco et de Gordanis et S. Mauritii, ecclesiam S. Petri de Mura, ecclesiam S. Julittæ, ecclesiam S. Petri de Balma. Cap. Iam S. Mariae; ecclesiam S. Romani de Solemiaco, ecclesiam S. Gregorii, ecclesiam de Asnieres, capellas de montitus, de Villeta et de Jons et de Moissone, ecclesiam de Pusiniaco et Accennages, capellam de Antone, in Fluriaco ecclesiam S. Bartholomæi, ecclesiam de Tartaraco, ecclesiam de Taurinis, ecclesiam de Castellucio, ecclesiam de Constantiis, ecclesiam de Cruento, ecclesiam de Clapiacono, ecclesiam de Marsiliaco, ecclesiam de Cella, ecclesiam de Magniaeo, ecclesiam de Marceloco, ecclesiam de Versiaco, ecclesiam de Benerone, ecclesiam de Boteone, ecclesiam S. Laurentii, ecclesiam S. Romani, ecclesiam S. Petri de A....., ecclesiam S. Beneberti de Novelis, ecclesiam S. Romani Vetuli, ecclesiam S. Fidei, ecclesiam S. Mariae Magdalena, jus quod haletis in ecclesia Castri S. Germani, ecclesiam S. Agathæ, ecclesiam S. Andreæ de Surriaco, ecclesiam S. Martini de Folliosa, ecclesiam S. Juliani de Turre, ecclesiam S. Justi super Ligerim et capellam de Grangent, ecclesiam de Chambla, monasterium S. Ragnberti, ecclesiam S. Cosme et Damiani, ecclesiam S. Petri, ecclesiam S. Mariae, ecclesiam S. Martini, ecclesiam S. Justi de Velay, ecclesiam S. C'ementis. In episcopatu Cabillonensi ecclesiam S. Laurentii, ecclesiam S. Martini de la Carre. In episcopatu Claromontensi ecclesiam S. Mariae. In episcopatu Aniciensi ecclesiam S. Ferreoli, ecclesiam S. Romani de Junsiaco, ecclesiam S. Martini de Tirangiis, ecclesiam S. Hilarii. In episcopatu Viennensi, ecclesiam de Cabanosco, ecclesiam S. Ragneberti de Fulcimagna, ecclesiam S. Saturnini, capellam Sarreræ, ecclesiam de Sabalone, de Baudinis, de Jessanis et de Appesiaco. In episcopatu Valentiniensi, ecclesiam S. Desiderii de Revoria, ecclesias Montilii Adhemari, S. Petri, S. Crucis, S. Martini Hospitalis et aliam S. Martini, ecclesiam S. Prajecti; Sancti Michaelis et S. Marcelli, ecclesiam de Piosaco. In Aiguno, ecclesiam S. Mariae, S. Desiderii et S. Saturnini. In episcopatu Tricastrino sive Aurasicensi, ecclesiam S. Andreæ, de Barres, ecclesiam S. Mariae de Alonso et capellam ejusdem castri; ecclesiam S. Petri de Sillas, monasterium Abolenæ, ecclesiam S. Genesii, ecclesiam de Mota de Monte Dracone, ecclesiam S. Joannis de Lagoneria, ecclesiam de Torcularibus cum decimis, ecclesiam S. Arigii, ecclesiam de Belgione de Spranciano, ecclesiam S. Mariae de Albuna, ecclesiam

A S. Nazarii cum capella de Balma S. Dalmatianæ de Causanti, ecclesiam de Mulieratis, ecclesiam S. Thirsi. In episcopatu Carpenteractensi ecclesiam S. Mariae de Innocentibus. In episcopatu Vasionensi, ecclesiam de Mahatera, monasterium S. Benedicti de Capella, ecclesiam S. Romani, ecclesiam de Podio Almerado, ecclesiam S. Georgii, ecclesiam S. Marcelli, ecclesiam de Tilletoupis, ecclesiam S. Blasii, cum capella de Placiano. In episcopatu Sistaricensi monasterium S. Marii, ecclesiam S. Joannis cum capella de Castro Assarna, S. Petri, S. Juliani, ecclesiam de Lingosterio, de Cibarrano, ecclesias de Torrendos et S. Mariae Sisæ. In episcopatu Diensi, ecclesiam S. Mariae, S. Jacobi de Arrolas, ecclesiam de Cassabone, ecclesiam de Brusaco, ecclesiam de Castilione. In episcopatu Vapineesi monasterium S. Petri de Lent, ecclesiam de Pellona, de Tornareto, ecclesiam S. Placidii et S. Mariae, capellam de Phara, ecclesiam S. Michaelis de Dursort, ecclesias de Cornilio S. Michaelis, capellam S. Joannis, ecclesiam S. Mariae de Burienis, ecclesiam de Asciano, ecclesiam S. Leontii, S. Albani et S. Verani in Valle Brosii, ecclesiam S. Petri, S. Joannis, et S. Mariae, capellam de Castro, ecclesiam de Torretis, ecclesiam S. Mariae de carcere et capellam Carceris ecclesiae S. Romani et capellam de Pomariolo, ecclesiam S. Georgii, capellam de Castro Lazari, monasterium Almonis, cum ecclesiis infra oppidum et in circuitu constitutis, ecclesiam S. Clementis, capellam S. Victoriae, in territorio Castri Larderii, ecclesias duas quas habetis et capellam castri, ecclesiam de Clemensana et capellam de ipso castro. In episcopatu Ebredunensi ecclesiam S. Mametis, ecclesias de Bayonne, ecclesiam de Augustoduno, S. Martini, S. Mariae et alias ecclesiam S. Mariae, ecclesias S. Petri et S. Domitiani et ecclesias de Sallone. Ad hæc castellum de Ligniaco cum terris, nemoribus, et aliis pertinentiis suis, sicut ipsum de dono Stephani de Villario, rationabiliter et pacifice possidetis, vobis et monasterio vestro, auctoritate duximus apostolica confirmandum.

B C

Sane novalium vestrorum, quæ proprijs manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos a sæculo fugientes, liberos et absolutos ad professionem vestrarum recipere et eos abeque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eo loco professionem, fas sit de eodem absque abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu discedere, discedentes vero, absque communis litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. In parochialibus autem ecclesiis quas tenetis liceat vobis presbyteros eligere et diocesanis episcopis presentare quibus, si idonei fuerint, episcopi curam animarum committant ut eis de spiritualibus, vobis vero de temporalibus debeant respondere. Vo-

bis quoque indulgemus ut infra terminos parochiarum vestrarum, sine assensu diœcesanorum episcoporum et nostro, ecclesiam de novo vel oratorium construendi (salvis privilegiis Romanorum pontificum) nullus habeat facultatem. Sepulturam quoque loci ipsius liberam esse decrevimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salva tamen illarum ecclesiarum justitia a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis januis clausis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, submissa voce civina officia celebrare. Præterea auctoritate apostolica inhibemus, ut nulli personæ liceat in vos vel monasterium vestrum, absque manifesta et rationabili causa, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare. Obeunte vero te nunc ejusdem loci ablate vel aliquo tuorum successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quem fratres communis consensu vel fratrū pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et leati Benedicti Regulam promulgarunt eligendum, discernimus. Ergo nulli hominum liceat præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra, conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva apostolicæ sedis auctoritate et diœcesanorum episcoporum canonica justitia. Ad judicium autem hujus a sede apostolica perceptæ protectionis duos lysantios aureos nobis nostrisque successoribus annis singulis personaliter. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sacerdotalis persona, etc.

Datum Velletri, per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis et cancellarii, quinto Idus Maii, inductione prima, Incarnationis Domini millesimo centesimo octagesimo tertio, pontificatus vero domini Lucii papæ tertii anno secundo.

CVI.

Monasterii S. Dionysii protectionem suscipit, possessionesque ac jura confirmat.

(Velletri, Jun. 3.)

[FELIBIEN, *Hist. de l'abbaye royale de Saint-Dionys*, Preuv., p. 112.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis WILLELMO abbati S. Dionysii, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo postulat rationis, præsertim quando petentium voluntates et pietas adjuvat, et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præstatum monasterium, quod spe-

A cialiter beati Petri juris existit, in quo divine estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam in loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea, quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimita menda vocabalis :

Locum ipsum in quo præstatum monasterium est situm, cum omnibus pertinentiis suis; dominationem præbendarum in ecclesia S. Pauli; in episcopatu Parisiensi ecclesiam S. Leodegarii, ecclesiam S. Martini in Strata, ecclesiam de Trembleaco; in archiepiscopatu Rothomagensi, ecclesiam de Charz, ecclesiam de Cergi, ecclesiam de Bussiaco; in episcopatu Carnotensi ecclesiam de Trapis; in episcopatu Aurelianensi ecclesiam de Tauriaco; ad hæc compositionem illam quam venerabilis frater noster Henricus Silvanectensis episcopus super diversis querelis, quæ inter vos et nobilem virum Willelum de Melloto, tam in talibus quam in corveis et in terris censualibus, et quibusdam aliis vertebantur, statuit observandam. Concessionem vobis et per vos monasterio vestro sanctam a venerabili fratre nostro Guidone Sonensi archiepiscopo et ejus antecessoribus, de ecclesiis de Belna, de Sancto Lupo, de Josenvilla, de Ver, de Fericiaco, de Grandi Puteo et de Sancto Audioeno; præsentationem etiam presbyterorum in eisdem ecclesiis; concessionem vobis similiter factam a venerabili fratre nostro Rogerio Cameracensi episcopo, et ejus antecessoribus bonæ memorie Walchero, Odono et Nicolao, de ecclesia de Forest, altari de Solemma, altari de Vertinolis; portionem cujusdam decimæ de Kivi; item compositionem quam jam dictus Silvanectensis episcopus super controversia quæ inter vos et Albertum de monte Homerio de quadam viatura et quibusdam pravis consuetudinibus vertebatur, statuit observandam; concessionem quoque cœnobio vestro factam a venerabili fratre nostro Philippo Belvacensi episcopo, tam de personatu quain de representatione in ecclesiis sacerdotum, videlicet ecclesia S. Martini de Colle, ecclesia de Ulliaco, ecclesia de Ciris, ecclesia de Croy, ecclesia de Asneriis, ecclesia de Morancaco, ecclesia de Masters, ecclesia de Noisiaco, ecclesia de Murno et ecclesia de Buxorta; præterea refutationem pravæ consuetudinis, quam Buccardus de Montemoraciaco in vincis vestri monasterii, in Dioillo villa sitis, habebat, et Rotagici terræ

sue; similiter compositionem initam inter monasterium vestrum et ecclesiam S. Exuperii Corbomensis in praesentia bonæ memorie Joannis quondam Carnotensis episcopi, super integritate præbendæ ejusdem ecclesie.

Has siquidem omnes compositions seu refutationes, sicut abaque pravitate factæ sunt et receperæ, et in scriptis authenticis continentur, et etiam hactenus sunt servatae, apostolico munimine roboramus. Sane novatum vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus collatis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos et laicos liberos et absolutos e sæculo fugientes, ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratribus vestrorum, post factam in eo loco professionem, fas sit absque abbatis sui licentia, nisi antiquioris religionis obtentu, discedere de eodem; discedentem vero, absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. In parochialibus autem ecclesiis quas habetis liceat vobis sacerdotes eligere et diocesanò episcopo presentare; quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ut ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere; justicias etiam aut officia laicorum quæ tu, illi abbas, ad manus tuas ab hominibus in burgo S. Dionysii commorantibus legitime revocasti, de cætero aliis assignari; regulares etiam consuetudines a prædecessoribus vestris et a vobis hactenus observatas aliqua levitate mutari, nisi de tua sive tuorum fuerit providentia successorum, cum assensu capituli, vel majoris et sanioris partis, auctoritate apostolica prohibemus. Novas præterea et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis, seu decanis, aliisque ecclesiarum prælatis omnino vobis fieri prohibemus. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum seu monachorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quounque malueritis suscipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam apostolicæ sedis habuerit, et ea vobis gratis absque aliqua pravitate voluerit exhibere.

Inhibemus iusuper ut infra fines parochiarum ecclesiarum vestrarum, nullus, sine diocesanis episcopi et vestro assensu, capellam vel oratorium ædificare præsumat, salvis privilegiis Romanæ Ecclesiæ. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, fas sit vobis januis clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc ejusdem

loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentio, præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablato retinere, minutere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, se domnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva apostolice sedis auctoritate et in prædictis ecclesiis dicēsanorum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, etc.

B Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Sannæ subscripsi.

Ego Vivianus tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte presb. card. subscripsi.

Ego Laborans presb. card. Sanctæ Mariæ Trans Tiberim tit. Calixti subscripsi.

Ego Pandulphus presb. card. tit. Basilicæ Duodecim apostolorum subscripsi.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Russie sedis episcopus subscripsi.

Ego Henricus Albahensis episcopus subscripsi.

Ego Paulus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Arditio decanus card. tit. Sancti Theodori subscripsi.

Ego Gratianus tit. Sanctorum Cosmæ et Damiani diac. card. subscripsi.

Ego Bobo diac. card. tit. Sancti Angeli subscripsi.

Ego Gerardus Sancti Adriani diac. cardinalis subscripsi.

Ego Soffredus diaconus cardinalis tit. Sanctæ Mariæ in Via Lata subscripsi.

Ego Albinus Sanctæ Mariæ Novæ diae. card. subscripsi.

Datum Velletri, per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, tertio Nonas Junii, indictione prima, Incarnationis Domini anno 1183, pontificatus domini Lucii papæ III anno secundo.

CVII.

Monasterium SS. Floræ et Lucillæ Arretin. sub protectione sanctæ Romanæ Ecclesiæ recipit, ejusque bona enumerat et confirmat.

(Velletri, Jun. 6.)

[MARGARINI, Bullar. Casin., II, 202.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis CARITATI, abbatii monasterii Sanctæ Floræ, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo exigit rationis, præsentim quando potentium voluntatem et pietas adjuvat et justi-

tiā veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium Sanctæ Floræ, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessorum nostrorum Innocentii et Alexandri, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionē pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidellum, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc proprii duximus exprimenda vocabulū : Castrum Sanctæ Floræ cum capellis quæ in eodem castro sitæ sunt, capellam videlicet Sancti Anastasii, capellam Sancti Angeli, capellam Sancti Apollinaris, capellam Sancti Zenonis, et quidquid juris habetis in capella Sanctæ Mariæ, monasterium Sancti Petri Majoris in civitate Arretiæ cum hospitio et omnibus pertinentiis suis : adjicentes ut vos, secundum antiquam et rationabilem consuetudinem vestram, possitis illud libere ordinare ; capellam Sancti Gregorii et quidquid juris habetis in ecclesia Sancti Laurentini, monasterium Sancti Michaelis de monte Pinculi cum capellis et aliis suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Petri et Sancti Tiburtii in Gargonsa cum pertinentiis suis, plibet Sancti Martini de Galognano cum omnibus pertinentiis suis, quidquid juris habetis in plebe Sanctæ Mustiolæ, quidquid juris habetis in ecclesia Sancti Vincentii in Cortona, castrum de Quarata cum ecclesia Sancti Andreae et curte sua, quidquid juris habetis in Sancto Mamma, castrum de Muglano cum ecclesia Sancti Angeli et curte sua, quidquid juris habetis in curte Sancti Prosperti, quidquid juris habetis in ecclesia Sanctæ Mariæ in Villa Alba, castrum de Fontiano cum ecclesia Sancti Petri et pertinentiis suis, castrum de Rughitino cum ecclesia et curte sua, ecclesiam Sancti Leonis cum pertinentiis suis, ecclesiam Sanctæ Flora Minoris cum mediatae suæ curtis et curtis de Bulgari cum jure quod habetis in ecclesia Sancti Laurentii et Sancti Sebastiani, ecclesiam S. Petri in Maiano cum jure quod sibi habetis, et quidquid habetis in Polliciano, Pilli et in vico.

Obeyente vero te nunc ejusdem loci abbatte, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis alutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii senioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Sepulchra quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi sint excommunicati, nullus obsistat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet, etc. Si qua igitur in futurum,

A Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.
Ego Theodinus Portuensis et S. Rufina episcopus.
Ego Paulus Prænestinus episcopus ss.
Ego presbyter cardinalis tit. Sanctæ Susannæ ss.
Ego Vivianus tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte presbyter cardinalis ss.
Ego Laborans presbyter cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Calixti ss.
Ego Landus presbyter cardinalis tit. Basilicæ xii Apostolorum ss.
Ego Hyacinthus diac. cardinalis S. Mariæ in Cosmedin ss.
Ego Ardicio diaconus cardinalis tit. Sancti Thomæ ss.
Ego Gratianus tit. Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus card. ss.
Ego Bobo diaconus cardinalis tit. Sancti Angelii ss.
Ego Gerardus tit. S. Adriani diaconus cardinalis ss.
Ego Octavianus diac. card. tit. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.
Ego Soffredus diac. card. tit. Sanctæ Mariæ in Via Lata ss.
Ego Albinus diaconus cardinalis tit. Sanctæ Mariæ Novæ ss.

B Datum Velletri, per manum Hugonis sanctæ Romanae Ecclesiæ notarii, octavo Idus Junii, inductione prima, Incarnationis Domini anno millesimo centesimo octogesimo secundo, pontificatus vero domini Lucii III pape anno tertio.

Signum Lucii III papæ.

Adjuva nos, Deus salutaris noster.

CVIII.

Monasterii S. Himerii protectionem suscepit possessionesque ac privilegia confirmat.

(Jun. 18.)

[MABILLON, *Annal. Bened.*, VI, 696.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori ecclesiæ Sanctæ Ymerii, ejusdem fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, salutem et apostolicam benedictionem.

Religiosam vitam diligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis aliquatenus infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, sub Leati Petri et nostra protectione suscepimus, et præsentis scripti privilegio communimus : imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam in ecclesia vestra institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea, quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia impræsentiarum, juste et canonice possidet, aut in futurum concessionē pontificum,

largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo monasterium vestrum situm est, ex dono Hugonis de Monteforti cum omnibus pertinentiis suis, scilicet cum capella Sancte Mariæ in villa sancti Ymerii, et cum capella sancti Michaelis apud Pontem-episcopi, et cum decimationibus molendinorum de Cornevilla, et aliorum nemorum, et forestarum, et pisciarum, et vivariorum, et caseorum, et virgultorum, et omnium quæ decimari debent de honore de Monteforti in Normannia, et Anglia. Et in Anglia ecclesias de Bradeburna, et Tiltentona, et de Esbrugge cum omnibus pertinentiis suis, et nominatum decimis piscium de Heca, et unam domum apud Ircam, sicut donatum [f. donationum] chartæ testantur. Ex dono Hugonis filii Gilleberti de Gant partem illam silvæ, quæ vocatur nemus Heroldi, et Vallischorvi, et virgulum quod fuit Ricardo Poree in Perresita, et decimas de salinis, et nundinis de Ponte-episcopi, et de valle Aucre, sicut ejus charta testatur. Ex dono illustris Henrici Anglorum regis capellam de Bello-locu cum decimis et omnibus pertinentiis suis. Ex dono Willelmi de Perresita, assensu, uxoris suæ, et filiorum suorum, et Hugonis de Monteforti domini sui, decimam de mortua aqua, et de omnibus molendinis suis, sicut in ejus charta continetur. Ex dono Roberti Mauviel, assensu uxoris, et filiorum suorum, virgulum, et terram, et boscum quæ tenet at de eo Ilbertus clericus, et boscum de Quarreria, et hortum unum juxta fontem sancti Ymerii. Et in Ferravilla unum hortum et unam acram terræ. Ex dono Hugonis præpositi de Torta quercu tres acras terræ in eadem villa. Ex dono Willermi Furtel apud Magnam-villam unum vavassorem reddentem decem solidos cum pertinentiis suis. Ex dono Roberti de Monteforti pasturam, et terram de monte supra domum Hugonis Peissun, et aquam et piscariam de Ivca, et gartuum quod fuit Willelmi presbyteri, et decimam novi molendini, et molendini Fulleretii. Ex dono Heliæ de Baillolio terram apud Tortam Quercum in essartis forestæ, et unam salinam ad Tolcam, concessu domini sui Roberti de Monte-forti. Ex dono Walteri Pipard terram de Guvisosse, quam Hugo de Monteforti ei dederat pro servitio ejus. Ex dono Oliverii de Albino unum vavassorem reddentem quinque solidos cum regardis, et omnibus pertinentiis suis. Ex dono Albreðæ de Tilio, et Roberti filii ejus tertiam partem decimæ molendi in de Perresita cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Willermi de Betevilla decimam molendini sui in eadem villa, et terram quam eis dedit apud Sanctum Ymerium juxta forestam, sicut in authenticis scriptis singulorum donatorum continetur.

Sane novalium vestrorum quos propriis manibus,

A vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos a sæculo fugientes liberos, et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque prioris sui licentia de codem loco, nisi arctioris religionis obtentu discedere, discedentem vero, sine communi litterarum cautione, ullius audeat retinere. In parochiis autem ecclesiis, quas habetis, liceat vobis clericos vel sacerdotes eligere, et diocesano episcopo presentare; quibus si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, vobis ausem de temporalibus debeant respondere. Cum autem generale interdictum fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Antiquas quoque et..... in ecclesia vestra hacenus..... habemus, easque futuris illibas..... Præterea statuimus ut..... episcopo, decano, archidiacono, vel eorum officiali..... ecclesiastis vestras, seu clericos familie vestras..... manifesta, et rationabili causa, interdicti, excommunicationis aut suspensionis sententiam siceat per vulgare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri desideraverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus ob sistat, salva tamen justitia illarum ecclesiistarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præstatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate, et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua ergo in futurum ecclesiastica sæcularis persona, etc.

Ego Lucius catholicae Ecclesiae episcopus

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.
Ego Paulus Prænestinus episcopus.
Ego Petrus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Suzannæ.

Ego Vivianus titulo Sancti Stephani in Cœlio Monte presbyter cardinalis.

Ego Laborans præbyter cardinalis Sanctæ Mariæ Trans Tiberim titulo Galixti.

Ego Pandulphus cardinalis titulo duodecim apostolorum..... diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Gra..... diaconus cardinalis titulo Sancti Angeli.

Ego... Oriani diaconus cardinalis....

Ego Galfredus titulo Sanctæ Mariæ in Via Lata diaconus cardinalis.

Ego Albinus titulo Sanctæ Mariæ Novæ diaconus cardinalis.

... Per manum Hugonis sanctæ Romanæ... notarii, xiv Kalendas Julii, indictione... Incarnationis Dominicæ anno 1182, pontificatus vero domini Lucii tertii anno secundo.

CIX.

Abbatii Siegburgensi scribit ut vel ipse afferat vel mittat testimonia ad id necessaria, quod saepè petierit, ut Anno, monasterii patronus, sanctus declararetur. Monet ut nuntio hanc epistolam perferenti aliquod honestum beneficium ecclesiasticum tribuat.

(Signiæ, Jun. 24.)

[LACOMBLET, Urkund., I, 343.]

CX.

Ecclesiæ S. Aniani Aurelianensis protectionem suscipit bonaque confirmat.

(Signiæ, Jun. 24.)

[*Antiquités de Saint-Aignan d'Orléans*, Pr., p. 118.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis CADURCO decano ecclesiæ S. Aniani Aurelianensis, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum.

Cum omnium Ecclesiarum attentam curam et sollicititudinem ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio gerere debeamus, de illis tamen præcipue oportet esse sollicitos quæ ad jus et proprietatem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ specialius pertinere noscuntur, et de apostolicæ sedis protectione ampliori devotione conculunt. Et ne quorumlibet hominum in bonis seu etiam in dignitatibus temerariis ausibus fatigentur, auctoritatis nostræ suffragio eas convenit pariter communiri. Ideoque, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et, ad exemplar felicis recordinationis Alexandri papæ prædecessoris nostri, præfatam Sancti Aniani ecclesiam, in qua divino manducati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possesiones et quacunque bona eadem ecclesia imprimis tiliarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, Deo proprio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Villam videlicet de Sentiliaco cum ecclesia, villam de Rum cum ecclesia, villam de Tilliaco cum ecclesia, ecclesiam de Chalo et villam de Arthenaio, a charissima in Christo filia nostra Alizia, illustri Francorum regina, vobis communicatam, pro villa de Chalo in ea libertate et immunitate tuendam in qua bona memoria Ludovicus, quondam illustris Francorum rex, quicunadmodum in ejus scripto continetur authentico, eam noscitur habuisse; medietatem quoque proventuum tam in minutis decimis

A quam in oblationibus et omnibus beneficiis vivorum et mortuorum in prædicta ecclesia de Chalo, juxta quod vobis olim concessum est a venerabili fratre nostro W. Senonenç, nunc vero Remensi archiepiscopo Sanctæ Sabinae cardinali, apostolicæ sedis legato, ut in ejus scripto authentico redactum est, eo tamen tenore quod si plures in eadem villa parochiales ecclesiæ constructæ fuerint, in omnibus quæ ibidem surrexerint, id juris habeatis quod in prædicta ecclesia habuisse noscimini, et habere : villam de Herbiliaco cum ecclesia et omnibus decimis et pertinentiis suis ; ecclesiam Sancti Aniani veteris quæ Capella vocatur, et ecclesiam Sancti Germani infra muros civitatis ; quidquid habetis in villa de Fonteneto, et ecclesiam ejusdem villæ cum decimis et aliis redditibus ad jus vestrum pertinentibus ; quoniam Ligeris a muro veteris civitatis usque ad Sanctum Lupum, et molendina omnia quæ in eadem aqua habetis cum piscationibus suis ; quidquid habetis ultra Ligerim et in Secalonia, quidquid habetis in Castineio, villam de Bardeziaco cum omnibus pertinentiis suis, quidquid habetis in foresta quæ Bolonia dicitur, et villam de Cazeliis, quidquid pertinet ad Majoriam de Jarria et villam de Seteis.

In supradictis vero parochialibus ecclesiis, videlicet de Sentiliaco, de Ruem, de Tilliaco, de Fontenio, de Centilio, de Herbiliaco, de Chalo, quas tenuis, presbyteros eligatis et episcopis præsententis ; quibus, si idonei fuerint, episcopi curam animarum absque venalitate committant, ut de plebis quidem cura eis respondeant, pro rebus vero temporalibus debitam vobis obedientiam et consuetam subjectionem exhibeant. In reliquis vero duabus ecclesiis, videlicet S. Aniani et S. Germani, et ad servitium altaris Crucifixi ecclesiæ Sancti Aniani liberæ et zæque alicujus contradictione et præsentatione, sicut haecenus, ita et deinceps liceat vobis substituere sacerdotes. Liceat etiam vobis in parochialibus vestris vacantibus, uti consuetum est et ab antiquis haecenus temporibus observatum, ponere sacerdotes ad succursum, qui, donec converneritis in personas idoneas quæ institui debeant in eis, omnipotenti Deo famulentur. Ferias præterea in duabus solemnitatibus beati Aniani, ad lumina eisdem ecclesiæ concinnanda, tam a bona memoria Ludovico illustri rege Francorum quam a Joanne quondam Aurelianensi episcopo vobis et ecclesiæ vestræ concessas, et scripti sui munimine roboratas, quemadmodum in eorum scriptis authenticis continetur, auctoritate apostolica confirmamus. Nihilominus præsenti decreto in perpetuum mansuro statuimus ut duæ præbende et annuales canonicorum, quocunque modo præbende mutentur, officio confrarizæ permaneant. Vincas insuper et omnia quæ præsatæ confrarizæ collata sunt, vobis et per vos ipsi confrarizæ, prout communis assensu capituli statutum est et scripto firmatum, apostolicæ sedis munimine roboramus, et

constitutionem illam ratam et inconveniam futuris A temporibus decernimus permanere. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrations altarium seu basilicarum, ordinationes canonicorum seu clericorum vestrorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam apostolicæ sedis habuerit, et ea gratis et absque pecunia vel exactione aliqua vobis voluerit exhibere; alioquin ad quemcunque malueritis antistitem recurrite, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Præterea, omnes libertates seu etiam immunitates ac regias consuetudines a Francorum regibus vobis et ecclesiæ vestræ indultas et scripti sui munimine roboretas auctoritate apostolica confirmamus et illibatas statuimus perpetuo permanere.

Sancimus quoque et præsenti decreto statuimus ut nulli archiepiscopo vel episcopo seu cuilibet persona commissam vobis ecclesiam, vel vos aut clericos chori vestri, nisi Romano pontifici vel legato ejus, aut etiam de speciali mandato apostolicæ sedis, excommunicare, seu a divinis officiis interdicere aut suspendere liceat. Prohibemus insuper ut nulli ecclesiastice vel cujuscunque ordinis personæ fas sit indebitas exactions ecclesiis vestris aut capellis, aut sacerdotibus earum imponere. Decernimus ergo ut nulli omnino, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Ruffæ episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Petrus cardinalis Sanctæ Susannæ.

Ego Vianus Sancti Stephani in Cœlio-Monte presbyt. cardinalis.

Ego Laborans presb. cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Pandus presb. card. tit. Basilicæ XII Apostolorum.

Ego Ardicio diaç. card. Sancti Theodori.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaç. cardinalis.

Ego Gerardus S. Adriani diaç. cardinalis.

Ego Sofredus diaç. card. S. Mariæ in Via Lata.

Ego Albinus diaç. card. S. Mariæ Novæ.

Datum Segniæ, per manum Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, VIII Kal. Julii, indict. I, Incarnationis Dominicæ 1183, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno secundo.

CXI.

Privilegia parthenoni S. Zacharie Veneti ab Alessandro III concessa confirmat.

(Signiæ, Jul. 6.)

[CORNELIUS, Ecclesia Venetiæ, XI, 376.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Casote abbatissæ monasterij S. Zacharie de Venetiis, ejusque sororibus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Prudentibus virginibus quæ sub habitu religionis, accensi lampadibus, per opera sanctitatis jugiter se præparant ire obviam Sponso, sedes apostolica debet præsidium impertiri, ne forte cujuslibet temeritatis incursus, aut eas appositu [a proposito] revocet, aut robur, quod absit! sacrae religionis infringat. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium S. Zacharie de Venetiis in quo divino estis obsequio mancipatæ, ad exemplar felicis recordationis Alexandri papa prædecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suspicimus et præsentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et Cluniacensium fratrum observantiam ibi noscitur institutus, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Præterea, quæcunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium; seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis et his quæ post vos successerint, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Curtem sitam in loco qui Petrolio vocatur cum ecclesia Sancti Thomæ et omnibus pertinentiis suis, curtem positam iu loco qui dicitur Clugia, cum omnibus pertinentiis suis; mansos qui positi sunt

C in loco qui dicitur Runcaberto cum omnibus pertinentiis suis; mansos qui positi sunt in comitatu Tarvisino et pertinentiis; Tarvisii et possessiones quas habetis in episcopatu Civitatis Novæ cum omnibus pertinentiis suis, et quidquid habetis in Sacco et in Lupa et in Paduano districtu, in Livenza et in Laurentiaca atque earum appendiciis. Decimas quoque omnium colonorum et terrarum quas in

prædictis locis et curtibus rationabiliter secundum antiquam possessionem possidetis, vobis nibilominus confirmamus. Prohibemus autem ut nulla deinceps soror in eodem monasterio admittatur, quæ proprietatem modis quibuslibet hinc præsumat. S. pul-

litarum quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommuni- cati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus corpora mortuorum assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, earum, pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua quidem ecclesiastica sacerdotalis persona, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

(L. S.)

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufinæ episc.

Ego Petrus presbyter cardinalis titulo S. S. Sannæ.

Ego Vivianus tit. S. Stephani in Cœlio Monte presb. cardinalis.

Ego Laborans presb. card. S. Marie Trans Tiberim tit. Calixti.

Et sex alii.

Datum Signæ, per manum Alberti sanctæ Ro-Ecclesiae presb. cardinalis et cancellarii, u Nonas Julii, indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1183, pontificatus vero domini Lucii papæ tertii anno secundo.

CXII.

Monasterii Ebersheimensis tutelam suscipit, possessionesque et jura confirmat.

(Signæ, Jul. 19.)

[SCHOEPPLIN Als. dipl., t. I, p. 278.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis EGELOLFO abbatì monasterii Sanctorum Petri et Pauli atque Mauriti de Ebersheim, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem tam professis, in perpetuam memoriam.

Quoties a nobis petitur, quod religione et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfatum monasterium sanctorum Petri et Pauli atque Mauriti sociorumque ejus de Ebersheim, situm in pago Alsaciense, super fluvium quod dicitur Ylla, in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonicæ possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. In Sulza curtem Porte cum decimis suis et cum decimis dominicæ curtis in agris, pratis et vineis. In Rigenesheim decimas duorum mansorum. In Gundolvesheim decimas quinque mansorum. In Bercholtz decimas unius vineæ. In Baltereshiem, in Rattenheim, in Bolichesheim, in Bollenwilre decimas quas in eis habetis. Capellam Zelle cum decimis allodii sui. Capellam Sarmonzhe cum decimis allodii sui. In Egènesheim decimas unius dominicæ curtis. In Sigoltesheim curtem dominicam cum

A omnibus appendiciis suis, vineis, agris et pratis et banno, et capellam ipsius curtis cum omnibus decimis prædii sui et cum decimis duodecim mansorum et aliorum duorum mansorum Argentinensis ecclesiaz. In Orheswilre curtem dominicam cum decimis ipsius prædii et banno. In Bunegesheim curtem cum allodio vinearum et agrorum cum omni decima sua, quod Ringardis regina vobis dedit. Insuper allodium in ipsa villa quod Odalricus vobis dedit. In Scerwilre curtem dominicam cum vineis, agris, pratis et cum decimis, et banno ipsius prædii. In Tamwilre allodium cum agris et pratis et aquarum decursibus et capellam cum decimis. In Ebersheim curtem dominicam cum forestis et quarta parte banni ipsius villæ. In Kagenheim curtem dominicam cum omnibus appendiciis suis et banno. In Sermesheim curtem dominicam, cum decima salicæ terræ et ecclesiam cum decimis ipsius villæ. In Hittenheim decimas unius dominicæ curtis. In Mazenheim decimas sexaginta octo jugerum. In Outenheim curtem dominicam et ecclesiam cum decimis ipsius villæ. In Northus decimas unius dominicæ curtis. In Hundenesheim et in Lumersheim similiter. In Valna curtem dominicam cum quarta parte banni ipsius villæ. In Birenheim curtem dominicam cum mediætate banni. In Hiltesheim curtem dominicam cum decimis salicæ terræ et ecclesiam cum decima ipsius villæ et banno et cum omni mundiburde sua ac libertate. Item in ipsa villa curtem dominicam ad sarcarium pertinens, cum decimis et appendiciis suis, scilicet Cellesheim, Conenheim et Hagnheim. In Azoloveswilre curtem dominicam cum ecclesia et banno et omni dominio. In Mutersholz curtem dominicam cum ecclesia et decimis ipsius villæ et mediætate banni. In Baldenheim capellam cum mediætate decimarum ipsius villæ. In Wittersheim curtem dominicam cum tribus partibus banni et ecclesiam ipsius loci cum decimis. In Niveratesheim allodium et ecclesiam cum decimis ipsius villæ. In Swavesheim curtem dominicam cum mediætate banni. In Artugesheim, curtem dominicam cum ecclesia et decimis ipsius villæ et banno. Capellam in Bireheim cum decimis suis. In Cruzenheim curtem dominicam, cum tribus partibus banni et omni dominio ipsius villæ et ecclesiam cum decimis suis. In Arzenheim curtem dominicam cum omni jure suo. In Burheim decimas dominicæ curtis. In Castineto prædium unum. In Tambaco prædium unum. In Lichirchen tres mansos. In Offenheim duos mansos. In pago Brisaugiesi curtem dominicam in villa Wizwilre cum omnibus appendiciis suis et ecclesiam cum decimis ipsius villa, Lanno et omni dominio. In Baldovesheim novem mansos. In Ibenheim mansum unum. In Widenslohn mansum et dimidium. In Uresheim mansum unum. In Otrateswilre tres mansos. In Ostheim mansum unum, in Onheim duos mansos, in Veltkirchen vineam unam et dimidium mansum. In Roleswilre duos

B curtem dominicam cum decimis et appendiciis suis, scilicet Cellesheim, Conenheim et Hagnheim. In Azoloveswilre curtem dominicam cum ecclesia et banno et omni dominio. In Mutersholz curtem dominicam cum ecclesia et decimis ipsius villæ et mediætate banni. In Baldenheim capellam cum mediætate decimarum ipsius villæ. In Wittersheim curtem dominicam cum tribus partibus banni et ecclesiam ipsius loci cum decimis. In Niveratesheim allodium et ecclesiam cum decimis ipsius villæ. In Swavesheim curtem dominicam cum mediætate banni. In Artugesheim, curtem dominicam cum ecclesia et decimis ipsius villæ et banno. Capellam in Bireheim cum decimis suis. In Cruzenheim curtem dominicam, cum tribus partibus banni et omni dominio ipsius villæ et ecclesiam cum decimis suis. In Arzenheim curtem dominicam cum omni jure suo. In Burheim decimas dominicæ curtis. In Castineto prædium unum. In Tambaco prædium unum. In Lichirchen tres mansos. In Offenheim duos mansos. In pago Brisaugiesi curtem dominicam in villa Wizwilre cum omnibus appendiciis suis et ecclesiam cum decimis ipsius villa, Lanno et omni dominio. In Baldovesheim novem mansos. In Ibenheim mansum unum. In Widenslohn mansum et dimidium. In Uresheim mansum unum. In Otrateswilre tres mansos. In Ostheim mansum unum, in Onheim duos mansos, in Veltkirchen vineam unam et dimidium mansum. In Roleswilre duos

mansos, insuper vineam trium jugerum cum curtibus suis, item aliam vin. am. In Bateresheim duos mansos. In Burcheim dimidium mansum. I. Berolvesheim novem mansos. In Bliemaresheim quartam partem mansi. In Stoicesheim duos mansos et diuinidium. In Hessenheim dimidium mansum. In Amricheswilre vineam unam. In Pfassenheim vineam unam. In Dubelsheim duos mansos. In Hedolvesheim mancum et dimidium. Et in Mochenheim dimidium mansum et capellam in Ebersheim sitam cum omnibus pertinetiis suis.

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere aut extorquere, præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de eodem loco discedere; discedentem vero, absque communium litterarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiastarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet sub-reptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quæ fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum las sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, riu-nuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, us bus ommnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate atque ejusdem canonica justitia. Si qua ergo in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, etc.

Ego Lucius catholice Ecclesie episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. R. illæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Paulus Praenestinus episcopus.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Suanæ.

Ego Vivianus tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte presbyter cardinalis.

(10) Bois du roi.

(11) Lagny.

(12) Conche près de Lagny.

A Ego Laborans presbyter cardinalis sanctæ Marie Trans Fibrim tituli Calixti.

Ego Pandulfus tituli Basilice Duodecim apostolorum presbyter card.

Ego Jacobus diaconus cardinalis S. Mariz....

Ego Arditio diaconus cardinalis S. Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani cardinalis.

Ego Bobo diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Ego Octavianus diac. card. SS. Sergii et Bacchi.

B Ego Goffredus Sanctæ Mariz in Via Lata diaconus cardinalis.

Ego Albinus Sanctæ Mariz Novæ diac. card.

Datum Sig., per manum Alberti sanctæ Romanae Ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, xiv

Kalend. Augusti, inductione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1183, pontificatus vero d^mini Lucii papæ tertii anno secundo.

CXIII.

Monasterii S. Nicolai Hermeriensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat.

(Signiæ, Jul. 28.)

[Hugo, Annales Præmonst., t. I., Prob., p. 648.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Roseato abbati ecclesie S. Nicolai Hermeriensis, fratibus, tñm præsentibus quam futuris, regularem vitam professisis, in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod virtuti et honestati convenire dignoscitur, animo nos libenti decet concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini Regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis temporibus inviolabiliter obseruentur. Præterea, quasunque possessiones, quæcunque bona eademi ecclesia impræsentiarum justæ et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo præfata ecclesia sita est cum terris, pratis, et Nemo regis (10) et omnibus abbatie appendiciis; omnes domos et vineas quas apud Latinicum (11) habetis, et quidquid apud Conche (12) tam in domibus quam in vineis et aliis tenementis possidetis; curtem quam apud Sarrias (13) habetis, cum terris, pratis et nemore et omnibus quæ juris vestri sunt; et quidquid apud Medium Meldum (14) tam in nemore quam in pratis acqui-

(13) Sery.

(14) Melun aut Meaux.

sintis, de eleemosyna comitis Henrici; duo molen-dina apud Butrcheres et apud Espault (15); et centum solidos annuatim reddendos in Barcho de Ari (16); ecclesiani Sancti Medardi (17) cum domi-bus, terris, vineis et pratis ad presbyterum ejusdem ecclesiæ pertinentibus, et ab omni consuetudine census et decimaru[m] pertinentium ad dominum Simonem de Gliseria (18) et fratrem et haeredes ejus, liberis et immunibus; medietatem decimaru[m] mi-nutarum Turnonii (19) de Castris (20), de Campo Roboris (21), de Ursicia (22), de Bernaio (23), de capella Flewidis (24), de capella Morcengiu[m] (25); duos modios annonæ de eleemosyna Guidonis de Garlanda (26), et filii ejus Ancelli in grangia campi Roboris annuatim solvendos; itemque duos modios annonæ de eleemosyna domini Radulphi de Bucy.

Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium aut de hortis, seu de fructibus arborum vestrarum nullus a vobis decimas extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, e saeculo fugientes liberos et absolutos, ad conversionem recipere et eos abeque ullius contradictione in vestro collegio retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratribus vestrorum, post factam in eodem loco professio-nem, fas sit aliqua levitate animi, sine abbatis sui licentia de claustro vestro discedere; discedentem vero sine communione litterarum cautione nullus audeat retinere. Ad haec, auctoritate apostolica prohibemus ne quis in ecclesiæ vestræ interdicti, vel in vos aut clericos vestrors excommunicationis vel suspensionis sententiam, absque manifesta et ratio-nabili causa, pronuntiet. Pro benedictione sane ab-batis sive pro ipso deducendo aut ponendo in sede vel pro aliis quibuslibet sacramentis, sive sub obeatu consuetudinis, sive qualibet alio modo quicquam a vobis exigi districtius prohibemus.

Paci quoque et tranquillitatæ vestræ paterga solli-citudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut, infra clausuras locorum seu gran-giarum vestrarum nullus violentiam, vel rapinam, seu furtum committere, aut ignem apponere, seu hominem capere vel interficere, vel in aliquæ manus presumat injicere violentias. In parochialibus vero ecclesiæ quas habetis, liceat a vobis tres ad minus vel quatuor ex vobis ponere quorum unus dioce-sano episcopo presentetur, ut ab eo curam recipiat animarum, ita tamen quod ei de spiritualibus, vo-bis vero de temporalibus, et de ordinis observantia debeat respondere. Cum autem generale interdictum terra fuerit, fas vobis sit, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis cam-pnis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepultu-

(15) Baire et Epaux; près de Château-Thierry.

(16) Berchère.

(17) Damard près de Lagny.

(18) Glisy.

(19) Tournant.

(20) Chatres.

A ram quoque ipsius loci liberam esse determinamus ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illæ sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat, salva tamen justitia ecclesiæ illarum a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praestata ecclesiæ temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas minuere, retinere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omni-modis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate ac diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve per-sona, etc.

Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. Ruffiæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Petrus presbyter cardinalis tit. S. Su-sanna.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ Trans Tibe-riæ et Calixti.

Ego Pandulphus presb. card. tit. Basilicæ Duode-cim Apostolorum.

Ego Jacobus diaconus card. S. Mariæ in Cos-medin.

Ego Ardicio diae. card. tit. S. Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis.

Datum Signiæ, per manum Alberti S. Romanae Ecclesiæ presbyteri card. et cancell., v Kal Augusti, indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1183, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno secundo.

CXIV.

Privilegium pro canoniciis Reginensiis.

(Signiæ, Aug. 13.)

[TIRABOSCHI, Memorie Modenesi, III, p. 89.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilec-tis filiis canoniciis Reginensiis deservientibus Sancto Prospero, tam præsentibus quam futuriis, canonice substituendis, in perpetuum.

D Effectum justa postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo exigit rationis, præsertim quando potentiam voluntatem et pietas adjuvat et veritas non relinquunt. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestrī justis postulat onibus clementer annuimus et ecclesiæ Beati Prospere, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protec-tione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessio-nes, quæcumque bona, quæ eadem Ecclesia in pra-

(21) Champrose près Tournant.

(22) Houssaye.

(23) Bernay près Rosay.

(24) Les Chapelles près la Houssaye.

(25) Marchange près Neuf-Moutier, ut suspicor.

(26) Gui de Garlande seigneur de Tournant.

sentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium vel alii justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis verisimiliter successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocalis:

Locum ipsum in quo ecclesia memorata sita est cum omnibus adjacentiis quæ ad eam pertinent; in civitate Regina capellam Sancti Stephani, capellam Sancti Faustini, capellam Sancti Apollinaris prope portam Bernonem, capellam Sancti Martini de Vinea passiva, capellam Sancti Mauritii in Strata, capellam Sancti Adalberti in vicino Disbracato juxta civitatem; in comitatu vero plebem de Bagnolo cum capellis et pertinentiis suis, tertiam partem plebis de Nebularia cum pertinentiis suis, tertiam partem plebis Sancti Stephani cum pertinentiis suis, et tertiam partem curia ejusdem loci, ecclesiam Sancti Martini de Pinizo, ecclesiam Sancti Dalmatii de Siasi, ecclesiam Sancti Joannis de Corigia, Braida de Fontaneto cum segele et omnibus pertinentiis suis.

Præterea libertates et immunitates a prædecessoribus venerabilis fratris nostri Regini episcopi rationabiliter vobis et antecessoribus vestris indultas et hactenus observatas nec non rationabiles et antiquas consuetudines ipsius Ecclesiae integras illibatasque manere præsenti decreto sancimus. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clavis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Prohibemus insuper ut nulli licet in vos aut soliditos vestros sine manifesta et rationabili causa interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra et illibata conserventur, corum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate et diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis personæ, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Ego Theod..... Portuensis et Sanctæ Rufinæ episcopus subscripsi.

Ego Henricus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Petrus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Euphemiae subscripsi.

Ego Vivianus titulo Sancti Stephani in Cœlio Monte presbyt. cardinalis subscripsi.

Ego Laborans presbyt. cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim titulo Calixti subscripsi.

Ego Pand..... presb. cardinalis titulo Basiliæ XII Apostolorum subscripsi.

A Ego Andreas diaconus cardinalis Sancti Theodori subscripsi.

Ego Gratianus Sanctorum Cosinæ et Damiani diaconus cardinalis subscripsi.

Ego Girardus Sancti Adriani diaconus cardinalis subscripsi.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Albinus Sancte Marie Novæ diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Sign., per manum Hugonis Sanctæ Romanæ Ecclesiae notarii, Idibus Augusti, indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1183, pontificatus vero domni Lucii III papæ anno secundo.

B

Ad universos Germanie presules. — Christianum Ist archiepiscopum Moguntinum pie defunctum precibus eorum commendat.

(Signiæ, Sept. 2.)

[MANSI, Concil., XXII, 480.]

Lucus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis abbatibus, conventibus, aliisque prelatis Ecclesie Teutonicæ, salutem et apostolicum benedictionem.

C Ad vestram volumus notitiam pervenire quod bona memoria Christianus, Moguntinus archiepiscopus, vir valde providus et magnificus cum charissimo in Christo filio nostro Friderico, illustri Romanorum imperatori et semper Augusto, longo tempore magnifice servivisset, et contra officii sui debitum excessisset in multis; cum Romanorum perfidiam, qui patrimonium Ecclesie hostiliter devastantes Tusculanum nequiter obsidebant, aliter comprimere non possemus, eumdem archiepiscopum ad obsequium Ecclesie convocabimus, ipse vero factus obediens usque ad mortem, ut sicut antea exhibuerat membra sua iniuriant ad iniuriam, ita se et suos exhiberet ad serviendum justitiae in sanctificationem vitæ, aeris intemperiem parvipendens, ad succurrentem Ecclesie fluctuantem cum ingenti exercitus multitudine properavit, factumque est, volente Domino, quod Romani bis ad solius nominis ejus terrorem fuderunt. Illo autem Tusculanum ingresso, muros civitatis jampridem colapsos pro magna parte per illius auxilium, antequam decederet, fecimus reparari. Tandem Dominus misertus illius, ut salubriter impleret in eo quod legitur: *Ubi te invenero, ibi te judicabo, lebris eum ægritudine flagellavit, juxta quod scriptum est: Quem diligit Dominus corripit; flagellat autem omnem filium quem recipit;* unde idem archiepiscopus in vera confessione et multa contritione cordis, servitio beati Petri et Romanæ Ecclesie totus intendens, assumpta cruce et resignatis dignitatibus universis, viii Kal. Septembri diem clausit extremum. Quia autem multum tenetur de illius salute esse solliciti, qui pro servitio universalis Ecclesie mori non recusavit, et ex ejus fine magnum pessi-

mus de remedio fiduciam obtinere, monemus universitatem vestram, hortamur in Domino et mandamus quatenus eumdem archiepiscopum, memoriam ejus in vestris orationibus facientes, vestris apud Dominum intercessionibus adjuvetis, et in omnibus conventionalibus ecclesiis tricenarium pro eo et anniversarium faciat, at maculas que illi de terrenis contagitis adhaeserunt, divina clementia indulget et abstergat, et vos de opere pietatis indeficiens me reamini a Domino præmium obtinere.

CXVI.

Ad Petrum abbatem et fratres Casinenses.

(Signiæ, Sept. 5.)

[TOSTI, *Storia di Monte-Casino*, II, 209.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO abbati et fratribus Casinensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea quæ in domibus religiosis fraternali charitatis intuitu, pie ac rationaliter ordinantur, in sua debent firmitate consistere, et ex apostolicæ sedis vigore robur perpetuum obtinere. Eapropter præsentis paginæ auctoritate decernimus, ut ea, quæ bona memoriae Richerius abbas, et alii qui vestro monasterio præfuerunt, infirmario domus vestræ ad opus segregantium fratrum regulari providentia concessisse noscuntur, firma eis et illibata permaneant in firmorum fratrum usibus, sicut ratio exigit omnimodis profutura. Si qua vero ex his alienata sunt, vel in usus alijs incauta qualibet præsumptione detorta, in statum pristinum revocari præcipimus et corum in firmorum commoditatibus assignari. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Signiæ, Nonas Septembri.

CXVII.

Capitulum Terracense tuendum suscipit ejusque bona confirmat.

(Anagniæ, Sept. 22.)

[CONTATORE, *Hist. Terrac.*, p. 363.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis LEONI archipresbytero et capitulo Terracensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Sacrosancta Romana Ecclesia devotos et humiles filios ex assuetæ pietatis officio diligere, propensius consuevit et ne pravorum hominum molestiis agitantur, tanquam pia mater sua protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, et devotionem vestram quam erga B. Petrum et nos ipsos habere dignoscimini, attendentes personas vestras cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis, quæ in præsentiarum juste et canonice possidetis aut in futurum, donante Domino, justis modis poteritis adipisci sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scri-

PATROL. CCI.

A p' patrocinio communimus districtius inhabentes, ne quis vos molestare audeat, vel ad res vestras manus extendere aliqua temeritate præsumat. Quod si præsumperit, excommunicationis sunt ut a se noverit feriendum.

Nullus ergo omnino hominum audeat hanc paginam nostræ protectionis et prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, etc., etc.

Datum Anagniæ, x Kal. Octobris.

CXVIII.

Monasteri S. Petri Thierhauptensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat.

(Anagniæ, Nov. 1.)

[Monum. Boic., XV, 101.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis abbati et conueni monasterii Sancti Petri in Thierhaupten, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, salutem et apostolicam benedictionem.

Religiosis viris, qui per opera sanctitatis jugiter se præparant ad vitam immortalem, apostolicum debet patrocinium imperiri, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur (quod absit!) religionis infringat. Eapropter, dilecti in Christo filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium vestrum, ad exemplar felicis recordationis Eugenii papæ prædecessoris nostri, sub Beati Petri, et nostra protectione, suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes et concedentes vobis liberam exceptionem abbatis, et ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et Beati Benedicti Regulam in vestra ecclesia noscitur institutus, perpetuis ibide temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea, quascunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis et his qui post vos successerint et illibata permaneant. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas ad conversionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus et sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Cum autem generali interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis Januis, exclusis excommunicationis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voc, officia divina celebrare.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus oan-

nimodis profutura, salva sedis apostolice auctori-
tate, et diecesani episcopi canonica justitia. Si
qua igitur in posterum ecclesiastica sacerdotalis
persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens,
contra eam temere venire tentaverit, secundo ter-
tiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfa-
ctione correxerit, potestatis honorisque sui carcat
dignitate, ream que se divino iudicio existere de
perpetrata iniuritate cognoscat, et a sanctissimo
corpo et sanguine Dei et Domini Redemptoris no-
stri Jesu Christi aliena sit, atque in extremo ex-
amine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem ei-
dem loco sua jura servantibus sit pax Domini no-
stri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ ac-
tionis percipient, et apud districtum judicem præ-
mia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus,
etc...

Datum Anagniæ per manum Hugonis S. Roma-
næ Ecclesiæ notariorum, Kal. Novembris, inductione
secunda, Incarnationis Dominicæ anno 1183, ponti-
ficiatus vero dom. Lucii papæ tertio.

CXIX.

*Sententia in sacrilegos juris ecclesiastici pervasores,
quibus omne assertur appellationis remedium.*

(Anagniæ, Nov. 8.)

[PETIT, *Theodori Pénitentiale*, p. 561.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filiis G. decano et capitulo Carnotensi, salutem et
apostolicam benedictionem.

Relatum est auribus nostris quod quidam paro-
chianorum vestrorum bona ecclesiæ vestre violen-
ter invadunt, et tam vobis quam hominibus vestrī
irrogare iurias pro sua voluntatis arbitrio non
formidant; commoniti autem a sua non possunt
malitia revocari. Quoniam igitur nobis imminet ec-
clesiæ et personis ecclesiasticis providere pacem
debitam et quietem, et contra insolentiam laicorum
apostolicum præsidium impertiri, auctoritate vobis
apostolica indulgemus ut quicunque parochianorum
vestrorum, sive sit B. comes Perticensis, B. Drocen-
sis, sive Vindocinensis, sive Ebroicensis, aut de
Monteforti, vel barones, aut alii quilibet, qui ec-
clesiam aut homines vestrī damnis vel iuris
afficerint vel affecerint, et commoniti satisfactio-
mem contempserint, congruam justitiam exhibere
eos usque ad dignam satisfactionem, sublatâ ap-
pellationis obstaculo, censura ecclesiastica compelli-
latia, et in terris ipsorum præter baptismum et po-
nitentias divina probibetis officia celebrari, nullis
litteris obstantibus, si quæ sunt a nobis vel a felicis
memoria Adriano apostolico impetratae.

Datum Anagniæ, vi Idus Novembris. 1183.

CXX.

Privilegium pro abbatia Longipontis.

(Anagniæ, Nov. 9.)

[BULDRAC, *hist. abb. Longipontis*, p. 72.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilec-

ctis filiis..... abbatii et fratibus Longipontis, salu-
tem et apostolicam benedictionem.

Justis potentium desideriis facilem nos conve-
nit præbere consensum et ea quæ a rationis tramite
non discordant, effectu prosequente, complere. Ea-
propter, dilecti in Domino filii, vestrī justis po-
stulationibus grato concurrentes assensu ea quæ
vobis nobilis mulier Agatha domina Petrefontis
monasterio vestro pia et rationabili elemosyna
contulit, vobis et eidem monasterio sicut ea juste
et pacifice possidetis auctoritate apostolica con-
firmamus et præsentis scripti patrocinio communi-
cimus. In quibus haec propriis dñximus exprimenda
vocabulis: nemus de Caisuetio cum omni jure quod
in eo habebat in veneratione, in grieria sive in alia
re qualibet ad exhortandum, vel quidquid volueritis
faciendum, usuagiuia quoque plenarium mortui
nemoris in foresta de Rest et pascua ibidem vestrī
animalibus obtinenda, totam præterea terram suam
arabilem quam apud Fontem mortuum excolebat
cum duobus pratellis, uno de Matherival et altero de
Bulbul, sicut venerabilis frater noster Nivello Sues-
sionensis episcopus de cuius feudo erant, con-
cessit pariter et laudavit.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet
hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel
ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc
attentare præsumperit, indignationem omnipotenti-
tis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus
C se noverit incursum.

Datum Anagniæ, v Idus Novembris.

CXXI.

*Constitutum, a canonicis S. Ursi de Augusta cura
episcopo Augustensi per Haimonem archiepiscopum
Tarentasiensem de ecclesiis quibusdam factum
confirmat.*

(Anagniæ, Nov. 11.)

[Historia patriæ Monum., Chartæ, I, 936, ex arch.
S. Ursi de Aosta.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filiis priori et fratibus ecclesiæ Sancti Ursi, salu-
tem et apostolicam benedictionem.

Justis potentium desideriis dignum est nos faci-
lem præbere consensum, et vota quæ a rationis
tramite non discordant, effectu prosequente, com-
plere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestrī
justis postulationibus grato concurrentes assensu
transactionem quæ inter vos et venerabilem fratrem
nostrum Augustensem episcopum super ecclesia
Sanctæ Mariæ et Sancti Petri de Castro Argenteo
et ecclesia Sancti Stephani de Grazano, ecclesia
quoque Sancti Salvatoris de Valesia et Casaria
quadam consilio religiosorum et sapientum viro-
rum per venerabilem fratrem nostrum Aimonem
Tarentasiensem archiepiscopum canonice facta est,
et ab utraque parte quiete et pacifice recepta sicut
in scriptis authenticis factis exi. de continetur, vo-
bis et ecclesiæ vestre auctoritate apostolica confir-
mamus et præsentis scripti patrocinio comunica-

mus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis iusfringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se novemit incursurum.

Datum Anagniæ, iii Idus Novembbris.

CXXII.

Petro Cisterciensi et Petro Clarævallensi abbatibus scribit Petri quondam archiepiscopi Tarentasiensis in sanctorum numerum referendi nondum esse tempus. Mandat ut de actibus ejus et conversatione ea quæ certa sint in scriptis redigi faciant.

(Anagniæ, Dec. 9.)

[Vide Acta Sanctorum Bolland., Maii tom. II,
p. 322.]

CXXIII.

Judicium in raptore, qui remedio appellationis abutebantur contra statuta ecclesiastica.

(Anagniæ, Dec. 12.)

[Theodori Pænitentiale, p. 562.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis G. decano et capitulo Carnotensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum appellationis remedium in oppressorum auxilium ad defensionem male agentium sit inventum, providere volumus et debemus ne malefactores ad bona ecclesiastica sub appellationis praetextu violentas impune manus extendant. Hac itaque ratione inducti auctoritate apostolica constituimus ut, si quisquam res ecclesiæ vestræ rapuerit et excessus ejus fuerit manifestus, aut coram episcopo vel archidiacono, in cuius archidiaconatu malefactor exstiterit, assertionem vestram canonice probaveritis, raptori non liceat per appellationis diffugium disciplinam ecclesiasticam declinare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis iusfringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Anagniæ, ii Idus Decembrii 1183

CXXIV.

Privilegium pro monasterio S. Matthæi de Castello.

(Anagniæ, Dec. 13.)

[GATTULÆ, Hist. Casin., II, 402.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis JOANNI abbati monasterii S. Matthæi servorum Dei de Castello, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

In eminenti apostolice sedis specula, largiente Domino, quanquam immetiti constituti ad universum corpus Ecclesiæ aciem nostræ considerationis debemus extendere, et servorum Dei quieti attenuatori studio providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestræ justis postulationibus clementer annuimus, et felicis recordationis Alexandri papæ prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, præfa-

A tum monasterium in quo divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum et Beati Benedicti Regulam in vestro monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus in violabiliter observetur. Praeterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium præsentiarum juste et canonicæ possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblazione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

B Locum ipsum in quo monasterium præscriptum constructum est, cum omnibus pertinentiis suis, terras et vineas quas habetis in terra Sancti Benedicti, sive terragio, justitiam panis et vini quam de veteri concessione hactenus observata diebus singulis a Casinensi monasterio, et eam quam ab ecclesia S. Maria de Albaneta, et S. Nicolai de Siconia recipitis, sicut eas vobis prædictum monasterium Casinense in perpetuum obtinendas pietatis obtenuit concessit; libertatem etiam a bonæ memorie Rainaldo Theodino, et dilectio filio Petro Casinensibus abbatis cum assensu capituli sicut in eorum scriptis authenticis continetur, monasterio vestro indultam, et bonas consuetudines hactenus observatas, necnon ecclesiam Sancti Martini de monte Montano, et ecclesiam Sancti Leonardi juxta montem Sambuelum cum pertinentiis suis ab ejusdem abbatis rationabiliter vobis concessas, cum hominibus quos a præfato monasterio Casinensi tenetis, nihilominus vobis et monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus. Liceat quoque vobis clericos vel laicos et sæculo fugientes, liberos et absolutos ad conversionem recipere, et in vestro monasterio sine contradictione qualibet retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem, fas sit de eodem loco absque licentia abbatis sui discedere; discedentem vero sine communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Interdicimus etiam ne alicui

D liceat aliquem monachum in eamdem domum contra restraintem voluntatem inducere, aut ex ea quemlibet de fratribus, vobis nolentibus, sine causa rationabili, removere. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus coltis sive de nutritientis vestrorum animalium, nullus omnius a vobis decimas præsumat exigere. Statuimus insuper ut nulli penitus liceat eidem monasterio vestro indebitas exactiones, aut novos census imponeare, seu veteres contra statuta sacrorum canonum adaugere. Sepulturam quoque loci ipsius liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat, salva tamen justitia illorum ecclesiarum a quibus

mortuorum corpora assumuntur. Oteunte vero te A nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communis consensu, vel fratrū pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et Cassinensis monasterii debito jure et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotialis persona, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripti.

Ego Theodorus Portuensis et S. Rulinæ episcopus subscripti.

Ego Henricus Albanensis episcopus subscripti.

Ego Paulus Prænestinus episcopus subscripti.

Ego Joannes presbyter cardinalis tit. S. Marci subscripti.

Ego Laborans presbyter cardinalis S. Mariæ trans Tyberim, tit. Calixti subscripti.

Ego Petrus presbyter cardinalis tit. S. Susannæ subscripti.

Ego Jacobus diac. cardinalis S. Mariæ in Cosmedin subscripti.

Ego Ardigio diaconus cardinalis S. Theodori subscripti.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diacon. card. subscripti.

Ego Octavianus SS. Sergii et Bacchi diac. card. subscripti.

Datum Anagniæ, per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, xviii Kalend. Januarii, inductione secunda, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno iii.

ANNO 1184.

CXXV.

Ad Mauritium Parisiensem episcopum. — Contra presbyteros fornicationis accusatos.

(Anagniæ, Jan. 4.)

[Collection des Cartulaires, t. IV, p. 35.]

LUCIUS MAURICIO, episcopo.

Relatum est nobis, ex parte tua, quosdam presbyteros in tua diœcesi constitutos infamia laborare, quod non erubescant delinere publice concubinas. Cum autem illos queris corriger, obstaculum appellationis opponunt, ut canonicam correctionem evitent; et tamen a vicio et prava consue-

B tudine non recedunt. Quia igitur appellationis medium inventum non fuit ad præstandum incendiū alicui delinquendi, fraternitati tuæ auctoritate apostolica indulgemus, ut presbyteros qui publica super hoc infamia propulsantur, si commissi, infra xl dies canoniam purgationem nequivent vel noluerint exhibere, contradictione et appellatione remota, suspendas, et, si nec sit resipuerint, ab officio reddas et beneficio ecclesiastico alienos.

Datum Anagniæ, ii Nonas Januarii.

CXXVI.

Sententiam a Theodino, episcopo Portuensi, et Octaviano, SS. Sergii et Bacchi diacono cardinali, latam inter Oderisium episcopum Pennensem et Senebalduum abbatem S. Oleris de Intethroco, confirmat.

(Anagniæ, Jan. 19.)

[UGHELLI, Italia sacra, I, 1120.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, ven. fr. ODERISIO Pennen. episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum controversia quæ inter te et dilectum filium Senebalduum abbatem S. Quirici de Intethroco super ecclesiis et quibusdam aliis rebus fuerat diutius agitata, venerab. fratri nostro Theo. Portuén. episc. p., et dilecto filio Octavio SS. Sergii et Bacchi diac. card. fuisset de mandato nostro commissa, iudicem consilio prudentum virorum inter vos subscriptam concordiam statuerunt; ad majorem ejus evidentiā scriptum ipsorum confectum super eodem negotio i. serius de verbo ad verbum duximus adnotandum: « Theo. Dei gratia Portuen. et S. Rufinæ sedis episcopus, et Octavius SS. Sergii et Bacchi diac. card., omnibus ad quos litteræ istæ pervenerint, æternam in Christo salutem. Noverit universitas vestra quod cum inter venerab. fratrem nostrum Olerisium Pennen. episcopum, et Senebalduum abbatem S. Quirici de Intethroco, super ecclesiis et aliis infra scriptis controversia verteretur in nos, de mandato D. papæ Lucii de ipsa causa cognoscentes, prænominatus abbas, et mag. Bert. præfati episcopi procurator, qui per eundem episcopum in causa ista in præsentia D. papæ Lucii, et quorundam cardinalium tam ad litigandum quam ad transigendum procurator fuerat constitutus, libere et absolute compromiserunt c librarum provendere pœnam sibi invicem stipulatione interposita, promittens (27), si ea quæ nos inter eos statueremus, abbas ipse vel conventus, et procurator vel episcopus rata semper non haberent. Nos autem habitore virorum prudentium consilio pro bono pacis de assensu utriusque partis statuimus ut episcopus, vel ejus nuntius semel in anno in his duabus ecclesiis, id est S. Joannis in Insula, et S. Mariæ de Ronzano cum tot equituris et sociis, cum quot alias ecclesiæ episcopatus visitat, suscipiat honorifice, et procuretur ut in reditu suo de rebus Ecclesiæ secundus»

D

(27) Locus corruptus.

quod consuevit, honoretur. In ecclesia S. Joannis in Casanello semel in anno ipse vel ejus nuntius honorifice suscipiat et procuretur, capellani autem praedictarum ecclesiarum, scilicet S. Joannis in Insula, et S. Mariæ de Ronzano, et reliqui clerici qui sunt in ipsis capellis, dabunt episcopo cathedralicu, et quos episcopus excommunicaverit de parochianis suis, vel de clericis manentibus in capellis, ad communionem ipsi non admittent. Clerici curam animarum gerentes, et vocati ad synodus venient, et quos episcopus ad curam animarum promovebit, fidelitatem ei et ecclesiæ Pennen. ju: abunt. De capella vero S. Joannis in Casanello, quæ est in Atro Veteri, habeat episcopus quartau decimaru, et mortuariorum, et ille qui ibi gerit curam animarum, jurabit fidelitatem Pennen. episcopo, et Pennensi Ecclesiæ; abbas vero habebit pleno jure institutionem et destitutionem in his quinque ecclesiis, scilicet in S. Joannis de Insula, S. Mariæ ad Ronzanum, S. Joannis in Casanello, S. Nicolai in Galbano, S. Salvatoris ad Fanum; et interdictum quod ipse posuerit in jam dictis ecclesiis, et quos excommunicaverit de monachis vel clericis manentibus in praedictis ecclesiis, episcopus non absolvet. Si quis ad sacros ordines de monachis vel clericis qui sunt in dictis ecclesiis, episcopus promovebit, non exiget ab eis juramentum, nisi promoveat eos ad curam animarum gerendam; privilegia sane S. Romanæ Ecclesiæ monasterio S. Quirici inulta episcopus conservabit illibata, ita tamen ut praefata sint privilegia salva, et jam dicta monasteria, et omnia infra ipsa monasteria consistentia sint in dispositione abbatis, et salva sint ea quæ in hac concordia continentur. Monachis et clericis S. Joannis in Casanello, si quos episcopus sibi jurare fecit, absolvet, praeter illum qui tenet et tenebit capellam Atri Veteris, qui tenebitur ad juramentum fidelitatis. Clerici vero gerentes curam animarum in capella ecclesiæ S. Joannis in Casanello suscipiant ipsam curam de manu episcopi, et tenebuntur juramento episcopo, et Pennensi Ecclesiæ. De reliquis vero dictis ecclesiis, si quos sibi jurare fecit, absolvet praeter illos qui in ipsis ecclesiis curam gerunt animarum. Praeterea episcopus in visitatione parochiæ, ipse vel ejus nuntius recipiet, et honorifice tractabitur. In ecclesia S. Salvatoris ad Fanum, et S. Nicolai in Galbano constructus census ei dabitur. De ecclesia S. Salvatoris, de qua destitutus fuerat, et omnes clerici, qui sunt in ecclesia, in quibus baptismus celebratur, et in quibus cura geritur animarum, tam in capellis omnibus S. Joannis in Casanello, quam in omnibus aliis ecclesiis, sive sint capellæ, sive non, in quibus geritur cura animarum, suscipiant eam curam de manu episcopi, et reddant ei cathedralicu, et tenebunt ei juramento fidelitatis. De quartâ vero decimaru et mortuariorum omnium praedictarum ecclesiarum, excepta capella de Atro, medietatem habebit episcopus, et medietatem alteram abbas.

A Correctio vero in spiritualibus pertinebit ad episcopum, in temporalibus ad abbatem. Manifesta sane crima omnium laicorum parochianorum praedictarum ecclesiarum referentur ad episcopum. Ut autem hæc omnia perpetuum robur firmitatis obtineant, præsentis scripturæ paginam nostrorum signillorum impressione signavimus. Acta sunt ista in civitate Anagniæ, anno Dom. 1183, pontificatus D. nostri Lucii III papæ anno tertio, ind. 11, mens. Decemb. die 22. Hanc igitur compositionem sicut inter vos facta est et recepta; ut superius de verbo ad verbum adnotavimus, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Anagniæ, xiv Kal. Februarii.

CXXVII.

Monasterij Lehonensis privilegia confirmata.

(Anagniæ, Febr. 16.)

[MORICE, *Mém. pour servir à l'hist. de Bret.*, t. 1, 689.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectus filii priori et monachis cœnobii Lehonensis, salutem et apostolicam benedictionem.

C Quantum monasterium vestrum, pro causa quam adversus cœnobiū S. Maglorii Parisiensis habuisse dignoscitur rerum suarum determinatum incurrerit, nos latere non potest, qui toties querelam ipsam audivimus, et expensas quas cœnobiū vestrum subivit pro magna parte intelleximus et laborem. Quia vero Durandus, qui tunc in vestro cœnobio pro abbe gerebat super ecclesiis et beneficiis non vacantibus, et promissiones fecit quibusdam et chartas suas super tali promissione conscripsit, ut sic plurimum sibi posset favorem acquirere, cuius promissionis obtenuit domus vestra nimium infestatur, præsenti vobis pagina duximus indulgendum, ut nulli obtenuit promissionis factæ ab illo de beneficiis vel ecclesiis non vacantibus teneamini respondere, districtius inhibentes ne tales promissiones de cætero faceatur præsumatis; et si factæ fuerint, viribus carere censemus.

Datum Anagniæ, xiv Kal. Martii.

CXXVIII.

Monasterium S. Trinitatis Florentinum tuendum suscipit et ejus possessiones ac jura confirmat.

(Anagniæ, Febr. 17.)

[LAMI, *Eccles. Florent. Monum.*, t. I, p. 200.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectus filii, Hieronymo abbatii monasterii S. Trinitatis Florentinæ, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Quoties a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenter concedere et petentium desideriis congruum in-

pertiri suffragium. Eapropter , dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annui-
mus, et præfatum monasterium S. Trinitatis Flo-
rentiae, in quo divino mancipati estis obsequio,
sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et
præsentis scripti privilegio communimus, in pri-
mis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui
secundum Deum, et B. Benedicti Regulam atque
institutionem fratrum Vallisumbrosæ in eodem mo-
nasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem
temporibus inviolabiliter observetur. Præterea,
quæcunque possessiones, quæcunque bona idem
monasterium impræsentiarum juste et canonice
possidit, aut in futurum concessione pontificum,
largitione regum vel principum, oblatione fidelium,
vel aliis justis modis, præstante Domino, poterit
adispici, firma vobis vestrisque successoribus et
illibata permaneant, in quibus hæc propriis duxi-
mus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo præfatum monasterium si-
tum est cum parochia sua certis terminis diffinita,
curtem de Ripule et de Varliano, curtem de Ligna-
ria, curtem de Monte cum omnibus earum perti-
nentiis, agros de Mugnone et de Turri cum suis per-
tinentiis. Sanè novalium vestrorum, quæ propriis
manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimen-
tis animalium vestrorum nullus a vobis decimas
extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos
vel laicos, e sæculo fugientes liberos et absolutos,
ad conversionem recipere et eos absque contradic-
tione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli
fratrum vestrorum, post factam in eodem loco pro-
fessionem, fas sit absque abbatis sui licentia, nisi
arctioris religionis obtentu, de eodem loco discede-
re; discedentem vero absque communium licen-
tiarum cautione, nullus audiat retinere. Cum au-
tem generale interdictum terra fuerit, liceat vobis,
clausis januis, exclusis excommunicatis et inter-
dictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, di-
vina officia celebrare,

Inhibemus insuper ut nullus , infra terminos
parochiæ vestre , sine assensu diœcesani episcopi
et vestro, ecclesiam vel oratorium de novo con-
struere audeat, salvis tamen privilegiis Romanæ
Ecclesiæ. Sepulturam quoque ipsius loci liberam
esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ
voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi
forte excommunicati vel interdicti sint , nullus
obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum
a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte
vero te nunc ejusdem loci abbatem, vel tuorum quo-
libet successorum, nullus illi qualibet subreptionis
ostentia seu violentia præponatur, nisi quem fratres
communi consensu, vel fratrum pars consilii sa-
nioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti Re-
gulam, providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit
præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus
possessiones auferre, vel ablatas retinere, in nuerr,

A zeu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia in-
tegra conserventur eorum, pro quorum sustentatione
et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis
profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et
diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in
futurum ecclesiastica sacerdaris persona , banc
nostræ constitutionis paginam sciens , contra eam
temere venire tentaverit, secundo tertio communio-
nista, nisi reatum suum condigna satisfactione cor-
rexerit, potestatis honorisque sui dignitate careat,
reamque se divino iudicio existere de perpetrata
iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et
sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu
Christi aliena fiat, atque in extremo examine di-
vinæ ultiōni subjaceat. Cunctis autem eidem loco
sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu
Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis per-
cipiant et apud districtum judicem præmia æternæ
pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodoinus Portuensis et S. Rufus episco-
pus subscripsi.

Ego Henricus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Paulus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Joannes presb. card. tit. S. Marci subscripsi.

Ego Laborans presb. card. S. Mariae in trans-
Tiberim tit. Callisti subscripsi.

Ego Petrus presb. cardin. tit. S. Susanna subscripsi.

Ego Pandulphus presb. card. tit. basilicæ Duo-
decim Apostolorum subscripsi.

Ego Jacobus diac. card. S. Mariæ in Cosmedin
subscripsi.

Ego Gratianus diac. card. SS. Cosmæ et Da-
miani subscripsi.

Ego Bobo diac. card. S. Angeli subscripsi.

Ego Sofridus diac. card. S. Mariæ in Via Lata
subscripsi.

Datum Anagniæ, per manum Alberti S. R. E.
presb. card. ac cancellarii, xxi Kal. Martii , indie-
tionis secunda, Incarnationis Dominicæ anno 1183 ,
pontificatus vero Lucii Papæ III anno tertio.

CXXIX.

*In Ecclesia Mutinensi institui canonicos, nisi ab
omnibus canonicis aut seniori parte electos,
vetat.*

(Anagniæ, Febr. 27.)

[TIBABOSCHI, Memorie Moden., III, 91.]

Lucius episcopus, servus servorum Dæi, dilectis
filiis præposito et canonicis Mutinensibus , salutem
et apostolicam benedictionem.

Si quando ab apostolica sede requiritur , quod
juri convenit et consonat rationi, petentium desi-
deriis facilem debemus impetriri consensum, ne in
eo (quod absit!) difficiles videamur, quod convenit
celeriter indulgeri. Eapropter canonicos in eccl-
esiæ vestra instiui, contra antiquam consuetudinem
hactenus observatam, auctoritate apostolica pro-
hibemus, nisi quos canonici communi consensu

elegent, vel eorum pars consilii sanioris providebit eligendos, salva nimirum constitutione Lateranensis concilii, si forte infra constitutum tempus Ecclesiam de canonice non curaveritis ordinare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Anagniæ, vi Kalendas Martii (28).

CXXX.

Canonicis Mutinensibus capellam S. Dalmacii assedit

(Anagniæ, Febr. 27.)

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BONIFACIO præposito et canonice Mutinensi bus, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis potentium desideriis facilem nos convenit præbere assensum et vota quæ a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, vestris justis postulationibus grato currentes assensu, capellam Sancti Dalmatii, quam bona memoria Ildebrandus, quondam basilicæ Duodecim Apostolorum presbyter cardinalis, cum regimen episcopatus Mutinensis haberet, universitatì vestræ rationabilitet contulit, sicut eam sine controversia possidetis, vobis et successoribus vestris auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Anagniæ, iii Kal. Martii.

CXXXI.

Monasterio S. Georgii in Silva Nigra cellam S. Marci confirmat.

(Anagniæ, Mart. 10.)

[NEUGART, Cod. diplom. Alem., II, 110.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filio MANECOLDO et capitulo S. Georgii, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis potentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato conniventes assensu, cellulam S. Marci, a presbytero Semanno (28) fundatam et

(28) Lucio III eletto pontefice l'anno 1181, fu costretto da sedizioni Romani a star lungo tempo fuori di Roma; e per lo più in Anagni, finché l'anno 1184, venne in Lombardia, e fermatosi in Verona, ivi morì al 25 di Novembre del 1185. Quindi questi tre Breve segnali nel medesimo giorno, sembrano appartenere all' anno 1163, o certo non esse molto lontani.

(29) Erat Semannus pastor ecclesiæ in Gebwei-

A curæ vestræ ad observantiam regularis disciplinæ commissam, sicut eam juste et pacifice possidetis, vobis et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut sanctimoniales quæ ibi sub vestro regimine divinis noscuntur officiis mancipatae, fundum loci cum pertinentiis suis, sicut ad eas de jure pertinet, in pace possideant, et vobis pro spiritualis cura regiminis obedientiam et reverentiam regularem impendant. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

B Datum Anagniæ, vi Idus Martii (50).

CXXXII.

Ordinis Præmonstratensis protectionem suscipit, legesque ac privilegia confirmat.

(Anagniæ, Mart. 10.)

[LE PAIGE, Biblioth. Præmonstrat., I. III, p. 635.]

C LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis HUGO abbati Præmonstratensi et ceteris abbatibus et canonice Præmonstratensis ordinis, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

In eminenti apostolicae sedis specula, licet immemori, disponente Domino, constituti, pro singulorum statu solliciti esse compellimus, et ea sincere tenemur amplecti quæ ad incrementum religionis pertinent et ad virtutum spectant ornatum, quatenus religiosorum quies ab omni sit perturbatione secura, et a jugo mundanae oppressionis servetur, illæsa, cum apostolica fuerit tuitione munita. Attendentes itaque quomodo religio et ordo vester, multa resurgens gloria meritorum et gratia redolens sanctitatis palmitæ suos a mari usque ad mare extenderit, ipsum ordinem et universas domos ejusdem ordinis apostolicae protectionis præsidio duximus confovandas et præsenti privilegio muniendas. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus benignius annuentes, ad exemplar D felicis recordationis Alexandri prædecessoris nostri, universas regulares institutiones et dispositiones, quas de communi consensu vel majoris et sanioris partis fecistis, sicut inferius denotantur, auctoritate apostolica roboramus et præsentis scripti privilegio communimus, videlicet ut ordo canonicus, quemadmodum in Præmonstratensi Ecclesia,

ler, Alsatiæ superioris oppidū, qui parthenonem S. Marci, anno 1105 flammis exustum, anno 1105 propriis sumptibus restauravit. P. Bern. LENZ in Hist. ms. S. Georgii.

(30) Commorari aliquandiu Anagniæ poterat LUCIUS III an. 1183, antequam eodem anno Romam rediret, cum anteā Velitræ habitasset, et ab anno 1184 Veronæ, ut a vexationibus Romanorum se liberaret.

secundum beati Augustini Regulam et dispositio- nem recolendæ memorie Norberti quondam Præmonstratensis ordinis institutoris et successorum suorum in candido habitu institutus esse dignoscitur, per omnes ejusdem ordinis Ecclesias perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, et eætem penitus observantiae, iudicem quoque libri qui ad divinum officium pertinent, ab omnibus ejusdem ordinis Ecclesiis uniformiter teneantur. Nec aliqua Ecclesia vel persona ordinis vestri adversus communia ipsius ordinis instituta privilegium aliquod postulare vel obtinentem andeat quomodolibet relinere. Nulla etiam Ecclesiarum ei quam genuit quamlibet terreni commodi exactionem imponat, sed tantum Pater abbas, curam de profectu tam filii abbatis quam fratrum donus illius habeat, et potestatem habeat secundum ordinem corrigendi quæ in ea noverit eo: rigenda; ei illi ei tanquam patri reverentiam si alio humiliter exhibeant. Abbas autem Præmonstratensis Ecclesiæ, quæ mater esse dignoscitur aliarum, non solum iis Ecclesiis quas instituit, sed etiam in omnibus aliis Ecclesiis ejusdem ordinis et dignitatem et officium Patris obtineat, et ei ab omnibus, tam abbatibus quam fratribus, debita Patri obedientia impendatur.

Præterea omnes ablates ordinis vestri singulis annis ad generale capitulum Præmonstratum, postposita omni occasione, convenient; illis solis exceptis quos a labore via corporis retardaverit insufficitas: qui tamen idoneum pro se delegare delegent nuntium, per quem necessitas et causa remotionis sui capitulo valeant renuntiari. Illi autem, qui in remotioribus partibus habitantes, sine gravi difficultate singulis annis se necuiverint capitulo præsentare, in eo termino convenient qui in ipso eis capitulo fuerit constitutus. Si vero quilibet abbatum aut præpositorum per contumaciam vestrum capitulo frequentare desierint, liceat abbat Præmonstratensi, consilio sui capitulo eos usque ad condignam satisfactionem sententia perclire regulari, et sententiam quam præfatus Præmonstratensis abbas, sive in generali capitulo, sive extra capitulo, consilio coabbatum in prelatos et subditos totius ordinis vestri canonice tulcerit, nulli archiepiscoporum seu episcoporum, nisi forte de mandato Romani pontificis, liceat relaxare. In generali igitur vestro capitulo, presidente abate Præmonstratensi ceterisque confidentibus et in Spiritu Dei cooperantibus, de iis quæ ad ædificationem animarum, ad instructionem morum, et ad informationem virtutum atque incrementum regularis disciplinæ spectabunt, sermo diligens habetur. Porro de omnibus questionibus et querelis, tam spiritualibus quam temporalibus, quæ in ipso capitulo, propositæ fuerint, illud teneatur irrefragabiliter et servetur quod abbas Præmonstratensis, eum iis qui senioris consilii et magis idonei apparuerint, juste ac provide judicabit. Sane si abbas aliquis vestri ordinis insamis vel inutilis,

A aut ordinis sui prævaricator inventus fuerit, et prius per Patrem suum abbatem aut per multis ejus admonitus, suum corrigere et emendare delictum neglexerit, aut cedere, si amovendus fuerit, sponte noluerit, auctoritate generalis capituli deponatur, et depositus, sine dilatione ad domum unde exivit seu ad aliam ejusdem ordinis quam elegenter, sine ulla conditione temporalis commodi revertatur, in obedientia abbatis, sicut cæteri fratres ipsius domus, firmiter permanens. Id ipsum etiam alio tempore, si necesse fuerit et capitulum sine scandalo vel periculo expectari nequiverit, per abbatem Præmonstratensem, et Patrem abbatem et alios ablates quos vocaverit, fieri licebit. Quod si depositus in se datae sententiae contumaciter contraire tentaverit, tam ipse quam principes ejus qui de ordine vestro fuerint in contumacia sua fautores, ab abate Præmonstratensi et cæteris abbatibus censura ecclesiastica, donec satisfaciant, arcantur.

B Verum cum aliqua Ecclesiarum vestrarum abhate proprio fuerit destituta, vel cum ibi abbatis electio regulariter non fuerit celebrata, sub Patris abbatis potestate ac dispensatione consistat, et cum ejusdem consilio qui eligendus fuerit a canonicis eligatur. Electo autem fratres Ecclesiæ statim obedientiam promittant, qui non quasi absolutus a potestate Patris abbatis vel ordinis sui archiepiscopo vel episcopo, in cuius diocesi fuerit, præsentetur, plenitudinem ab eo officii percepturus, ita tamen quod, post factam archiepiscopo vel episcopo suo professionem, occasione illa non transgredietur constitutiones ordinis sui, nec in aliquo ejus prævaricator existat. Si quis etiam ex vobis canonice electus in abbatem, diocesano episcopo semel et iterum per ablates vestri ordinis præsentatus, benedictionem ab ea non potuerit obtinere, ne Ecclesia, ad quam vocatus est, destituta consilio periclitetur, officio et loco abbatis plenarie secundum ordinem fungatur in eo, tam in exterioribus providendis quam in interioribus corrigendis, donec aut interventu generalis capituli vestri aut præcepto Romani pontificis, seu metropolitani benedictionem suam obtineat. Porro nulla persona ecclesiastica pro chrismate, aut consecrationibus et ordinationibus, aut pro sepultura pretium, aut pro benedicendo abbate et deducendo in sedem suam palafridum, aut aliquid aliud a vobis exigere nullus vestrum, etiam si exigatur, dare presumat, quia et exigentem et dantem nota et periculum Simoniæ pravitatis involvit.

Cæterum si aliqua Ecclesiarum vestrarum pastoris solatio destituta, inter fratres de substituendo abate discordia fuerit vel scissura suborsa, et ipsi facile ad concordiam vel unitatem revocari nequiverint, Pater abbas consilio coabbatum suorum eis idoneam provideat personam; et illi eam sine contradictione recipient in abbatem. Quam si recipere contempserint, sententia subjaceant quam fater-

abbas cum consilio coabatuum suorum in eos duxerit auctoritate ordinis promulgandam. Ad hæc quoniam Præmonstratensis Ecclesia prima mater est omnium Ecclesiarum totius ordinis et Patrem super se alium non habet, sicut ad cautelam et custodiam ordinis statutum est per tres primos abbates, Laudunensem, Flauressensem et Cuissiacensem, annua ibidem visitatio fiat; et si quid in ipsa domo corrigerendum fuerit, absque majori per eos audience corrigatur. Quod si abbas in corrigoendō tepidus fuerit, et fratres sepius moniti incorrigibiles permanerint, ad generale capitulum referatur, et, sicut ut melius visum fuerit, consilio generalis capituli emendetur, et sententia in hac parte capituli sine retractatione aliqua obseretur. Quoties vero Ecclesia Præmonstratensis sine abbatе fuerit, ad praestatos tres abbates ejus cura respiciat, et a canonicis ipsius Ecclesiæ, cum eorum consilio, persona in abbatem idonea eligatur ad conaillium suum quatuor aliis abbatibus ad eamdem Ecclesiam pertinenteribus pariter advocatis, quos ipsi canonici providerint advocando. Liceat quoque unicuique matri Ecclesiæ ordinis vestri, cum consilio abbatis Præmonstratensis, de abbatibus Ecclesiarum, quæ ab ea processisse noscuntur, sive etiam de alia ejusdem ordinis inferiore Ecclesia, sibi, quemcunque voluerint, si tamen idoneus extiterit, in abbatem assumere. Personam autem de alio ordine nulla Ecclesiarum vestrarum sibi eligat in abbatem, nec vestri ordinis aliqua in abbatem monasterii alterius ordinis, nisi de auctoritate Romanae Ecclesiæ ordinetur. Nulli etiam canonicos vel conversos vestros, sine licentia abbatum suorum, recipere aut suscepitos liceat retinere. Sane nulli Ecclesiæ vestri ordinis licet ad aliquam aliam professionem temeritate qualibet se transferre. Si quæ vero Ecclesiæ canoniconum alterius ordinis ad ordinem vestrum venerint, ad Ecclesiam vestri ordinis habent sine refragatione respectum, in qua noscuntur ordinem vestrum assumpsisse.

Praeterea, si inter alias Ecclesiæ vestri ordinis de temporalibus quæstio emerget, non extra ordinem ecclesiastica vel sacerdotalia audiencia requiriatur; sed, mediante Præmonstratensi abbatे et ceteris quos vocaverit, aut charitable inter eas compонatur, aut, audit's utriusque rationibus, eadem controversia justo iudicio terminetur. Ad majorem quoque ordinis vestri pacem conservandam districtius prohibemus, ne aliquis prælatorum vel subditorum vestrorum, in iis quæ ad disciplinam et instituta ordinis spectant, audeat, prout statutum est in Lateranensi concilio, appellare; sed si quispiam appellare tentaverit, nihilominus illi quorum interest regularem disciplinam exercere debebunt. De cætero, quoniam a strepitu et tumultu sacerdotali remoti, pacem et quietem diligitis, grangias vestras et curtes, sicut et atria ecclesiarum a pravorum incursu et violentia liberas fore sancimus, prohibentes ut nullus ibi hominem capere, spoliare,

A verberare seu interficere, aut furtum vel rapinam committere audeat. Ob evitandas vero sacerdotalium virorum frequentias, liberum sit vobis, salvo jure dieccsanorum episcoporum, oratoria in grangiis et curtibus vestris construere, et in ipsis vobis et familiae vestrae divina officia, enm necessæ fuerit, celebrire, et ipsam familiam, nisi aliqui sint qui in vicina propria habeant domicilia, ad confessionem, communionem et sepulturam cum vestri ordinis suscipere honestate. Liceat quoque vobis personas, liberas et absolutas e saeculo fugientes, ad conversionem suscipere, ac eas cum rebus suis absque contradictione aliqua retineré; insirmos quoque absolutos, qui in extrema voluntate ad vos se trans ferri, aut apud vos sepeliri deliberaverint, nullus B impedire, seu res eorum legitimas retinere presumat, salva tamen hæredum legitima portione, et canonica justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Ad majorem etiam ordinis vestri reverentiam et regularis disciplinæ observantiam, vobis, filii abbates, subjectos vestros ligandi et solvendi plenam concedimus facultatem. Quia vero singula quæ ad religionis profectum et animarum salutem ordinatiss., praesenti abbreviationi nequiverunt annexi, nos cum iis quæ scripta sunt, consuetudines vestras, quas inter vos religionis intuitu regulariter statuistis et deinceps, auctore Domino, statuetis, auctoritate apostolica roboramus, et vobis vestrisque successoribus et omnibus qui ordinem vestrum professi fuerint perpetuis temporibus inviolabiliter obserandas decernimus. Nec aliquæ litteræ habent firmitatem quæ, tacito nomine ordinis Præmonstratensis, contra libertatem vobis ab apostolica sede indultam fuerint impetratae. Sane laborum vestrorum de possessionibus habitis ante concilium generale, ac etiam novalium, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, sive de hortis et virgulis, pratis, pascuis, de punctionibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Interdicimus vero episcopis et aliis ecclesiarum prælatis, nisi servato erectionis numero in Lateranensi concilio D constituto, in vestris monasteriis hospitari. Ad grangias autem vestras et ad curtes hospitandi gratia, nonnisi in magna necessitate divertant; et tunc contenti sint ipsarum mansionum cibariis consuetis cum honestate atque charitate exhibitis. Nulli autem sacerdotali personæ vel ecclesiastice in aliqua domorum vestrarum liceat carnibus vesci, nisi manifeste ægritudinis causa et in solis monasteriis conventionalibus vestris.

Prohibemus insuper ne aliqua persona, fratres, ordinis vestri audiat ad sacerdotalia iudicia provocare. Sed si quis adversus vos aliquid sibi crediderit de jure competere, sub ecclesiastici examine iudicii experiendi habeat facultatem. Licitum præterea vobis sit in causis vestris fratres vestros idoneos ad

testificandum adducere, et eorum testimonio, sicut A rectum fuerit, et propulsare violentiam et justitiam vindicare. Prohibemus quoque ne cuiolibet ecclesiasticæ vel seculari personæ fas sit in ecclesiis vestris, contra statuta Lateranensis concilii, tallias exercere vel quaslibet alias vobis inceptas et iniquas exactiones imponere. Interdicimus etiam vobis neferas, aves, canes, sive cætera hujusmodi curiositat's animalia a quolibet nutrienda sive custodienda, in detractionem vestri ordinis, suscipere præsumatis. Porro, ut quietius Deo servire possitis, et discurrendi a vobis necessitas auferatur præsenti scripto duximus indulgendum ut si, episcopis vestris, aut malitiose differentibus, vel pro justo impedimento non valentibus ordinationes et cætera ecclesiastica mysteria vobis conferre, aliquem episcopum, de cuius ordinatione et officio plena sit vobis notitia, hospitem vos habere contigerit, liberum sit vobis ab eo et ordinationes et cætera sacramenta suscipere, dum tamen diocesano episcopo præjudicium non debeat generare.

Præterea postulationi vestræ clementius inclinati, præsenti pagina duximus inhibendum, ne quis archiepiscopus vel episcopus, aut eorum officiales, ecclesias vestras, seu regulares personas earum, absque manifesta et rationabili causa, interdicere seu suspendere præsumat. Sed, si quid in eis fuerit corrigendum, ad audientiam generali capituli Præmonstratensis referatur, et ibi, prout justitiae et honestati congruerit, emendetur. Porro si qui episcopi aut eorum officiales in personas vestras vel ecclesias scientiam aliquam contra libertatem, eisdem a prædecessoribus vestris vel a nobis indultam, promulgaverint, eamdem sententiam, tanquam contra apostolicæ sedis indulta prolatam, statuimus irritandam.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ecclesias vestras tenere perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas relinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus, omnismodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus.

- A Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinæ sedis episcopus.
 Ego Paulus Prænestinus episcopus.
 Ego Joannes presbyter cardinalis tituli Sanctæ Susannæ.
 Ego Laborans presbyter cardinalis Sanctæ Mariae trans Tiberim tituli Calixti.
 Ego Pandarus presbyter cardinalis tituli basilicæ Duodecim Apostolorum
 Ego Jacobus Sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconus cardinalis.
 Ego Arditio diaconus cardinalis S. Theodori.
 Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis.
 Ego Octavianus Sanctorum Sergii et Bacchi diaconus cardinalis.
 B Ego Albinus cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ.
 Datum Anagniæ per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii vi Idus Martii, inductione secunda, Incarnationis Dominice anno 1183, pontificatus domini nostri Lucii pape III anno tertio.

CXXXIII.

Abbati et monachis Classensibus præcipit ut archiepiscopo Ravennati obedient.

(Anagniæ, Mart. 20.)

[MITTARELLI, *Annal. Camaldul.*, IV, 111.]

C *Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis... abbati et monachis Classensibus, salutem et apostolicam benedictionem.*

D Cum a vestra non beatum memoria excidisse quot et quanta beneficia recipitis ab Ecclesia Ravennatensi, et quanta monasterium vestrum de gratia et favore venerabilis fratris nostri archiepiscopi spiritualiter et temporaliter valeat recipere incrementa, satis per vos ipsos in devotionem ipsius deberitis esse ferventes, et exemplo vestro ad ejus obedientiam et obsequium alios invitare. Quocirca universitati vestræ per apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatenus, solo excepto quod bona memoria Gualterius, quondam archiepiscopus Ravennatis, de praestanda fidelitate remisit, in aliis præsertim in promissione obedientiæ et intronizatione sedis, quando tibi, fili abbas, fuerint successores electi, præfato archiepiscopo cù ejus Ecclesiæ, omni contradictione et excusatione cessante, obedientiam debitam et consuetam reverentiam impendatis, ita quod de inobedientiæ non possitis culpa redargui, nec de apostolici dissimulatione præcepti reprehensionem aliquam sustinere. Alioquin cum præfato archiepiscopo nec velimus, nec salva conscientia possimus in iure deesse, sententiam quam propter hoc canonice tulerit, auctore Domino, ratam habebimus et præcipiemus inviolabiliter observari.

Datum Anagniæ, xiii Kalendas Aprilis.

CXXXIV.

Fratribus Casæ-Dei significat se et in Cœna Domini (die 29 Martii) Lantelmo abbati ejusque successoribus mitræ usum concessisse.

(Verulis, April. 8.)

[*MAB., Acta SS. ord. S. Ben., Sæc. VI, p. ii, p. 187.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis conventus Casæ-Dei, salutem et apostolicam benedictionem.

Romanæ sedis auctoritas, a qua honores ecclesiastici manaverunt, eos consuevit largitione sui munieris honorare, qui cum sint prædicti honestate, beato Petro et successoribus ejus sincera devotione noscuntur astricti. Quod nos utique diligentius attendentes, cum in Cœna Domini missarum deberemus solemnia celebrare, et plures nobis astarent mitras in suis capitibus deferentes, inspecto quod dilectus filius noster Lantelmus, abbas vester, mitram in suo capite non haberet, nullius super hoc nobis petitione porrecta, nec alicujus inducti suggestione, tum pro ipsius honestate abbatis et devotionis ejus constantia, tum quia monasterium vestrum ad dispositionem et jurisdictionem beati Petri et nostram, nullo pertinet mediante, mitram ei contulimus, sicut moris est, in capite deferendam. Licet autem ipse postmodum apud nos multum instaret ut eum relderemus a portanda mitra liberum et solutum, nos tamen eidem injunxiimus in virtute obedientiæ, in præcipuis festivitatibus, ut mitra, sicut ab aliis personis fieri solet, utatur; et vobis etiam ut ei prosequi suggeratis quod injunxiimus, harum significatione mandamus, tam ipsi, sicut diximus, usum mitræ, quam ejus successoribus, de consueta sedis apostolicæ benignitate indulgentes. Statuimus ergo ut nulli omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apóstolorum ejus se noverit incursum.

Datum Verulis, vi Idus Aprilis.

CXXXV.

Bona et jura prioratus S. Arnulphi Crispeliensis, ordinis Cluniacensis, Silvanectensis diaecesis, confirmata.

(Verulis, April. 20.)

Bullar. Cluniac., p. 78.

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis aliis HUMBERTO, priori monasterii Sancti Arnulphi martyris Crespeii, aliisque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuam memoriam.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo exigit rationis, præsertim quando potentium voluntatem et pietas adjuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus, et prædecessorum nostrorum sanctæ recordationis Joannis, Paschalis, Innocentii, Eugenii et Alexandri, Romanorum pontificum vestigiis inhærentes, præ-

A fatus Sancti Arnulphi martyris monasterium Crespeii, in quo divino mancipati estis obsequio, quod etiam nullius ditioni vel potestati, nisi Romani pontificis et abbatis Clunianensis subjectum esse dignoscitur, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut omnia quæ a fundatoribus loci vestri, a Gualtero videlicet Ambianensi quondam comite et conjugi ejus Adela vestro monasterio concessa et tradita esse noscuntur, ad exemplar eorumdem prædecessorum nostrorum vobis vestrisque successoribus in ea qua sunt tradita libertate conservari sancimus. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificium, largitione regum aut principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, illæ vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, tam à vobis quam ab aliis qui per Cluniacenses abbates priores præpositi fuerint, perpetuo possidenda, disponenda ac regenda; in quibus hæc propriis duximus experimenta vocabulis:

Locum ipsum in quo præsumptum monasterium situm est cum terris, vineis, decimis, et aliis omnibus pertinentiis suis, marcatum scilicet et suburbium castri Crespeii cum cultura quæ eidem castro adjacet, in qua pars castri fundata est, altare et villam Ogeri cum decimis et omnibus eidem loco pertinentibus, molendinum unum sub declivio montis castri Crespeii positum, in villa de Dilveiro unum, super Altarnum aquam, pratum unum et vineas, Chasiam villam in Othbensi pago sitam cum omnibus pertinentiis suis, terris, silvis, pratis, molendinis duabusque ecclesiis, matricem videlicet ecclesiam ejusdem villæ, quæ est fundata in honoreni Sancti Dionysii martyris, et subjacentem capellam Sancti Gengulphi cum decimis suis, ecclesiam Sancti Martini sitam penes castellum pontis Arensis cum terris, vineis et aliis pertinentiis suis; quæ quidem juxta tenorem privilegiorum vestrorum tam vobis quam vestris subjaceat successoribus, vestroque favore consilioque ordinetur. In silva Biera, villam quæ dicitur Fagil cum omnibus pertinentiis suis, in Meldensi pago ecclesiam unam, in villa quæ dicitur Matlos cum terris, hominibus et decimis. In episcopatu Silvanectensi ecclesiam Sanctæ Agathæ totu jure parochiali totius castri Crespeii, et omnibus pertinentiis suis, altare de Frencio, in episcopatu Belvacensi altare et villam de Locellis cum omnibus pertinentiis suis, cellam de Frenceriis cum omnibus pertinentiis suis, tenebram de Noirello, domos videlicet et vincas et decimas de Harcheri. In episcopatu Ambianensi cellam quæ vocatur Morandi, monasterium cum grangia de avenis et omnibus suis pertinentiis, quam quidecum in eadem libertate semper manere sancimus, in qua lactenus mansisse dignoscitur. Possessiones

D

in Meldensi pago ecclesiam unam, in villa quæ dicitur Matlos cum terris, hominibus et decimis. In episcopatu Silvanectensi ecclesiam Sanctæ Agathæ totu jure parochiali totius castri Crespeii, et omnibus pertinentiis suis, altare de Frencio, in episcopatu Belvacensi altare et villam de Locellis cum omnibus pertinentiis suis, cellam de Frenceriis cum omnibus pertinentiis suis, tenebram de Noirello, domos videlicet et vincas et decimas de Harcheri. In episcopatu Ambianensi cellam quæ vocatur Morandi, monasterium cum grangia de avenis et omnibus suis pertinentiis, quam quidecum in eadem libertate semper manere sancimus, in qua lactenus mansisse dignoscitur. Possessiones

de villa Vilet prope montem Desiderii, altare VII-
laris, altaria de Germiniano, quæ per Falconis
quondam Ambianensis episcopi chirographum pos-
sidentis cum omni jure parochiali ejusdem villæ et
decimis. In episcopatu Suessionensi ecclesiam de
Bunoculo cum grangia, terris, vineis, pratis, ac
decimis, aliisque redditibus. Allodium Guidonis mi-
litis apud Meromontem, allodium Leotaldi apud
Dilucium cum aliis quæ ibi habetis, villam Vallis,
villam Novam, villam Galcherii militis, et allodium
de Frovesta.

Adjacentes quoque, apostolicæ sedis auctoritate
sancimus, ut quemadmodum sanctæ recordationis
prædecessore nostro Joanne papa statutum atque
firmatum est, quando idem locus sibi a jam dicto
bonæ memorie Gualterio Ambianensi comite in sua
fundationis exordio ol'latus est, atque ab eo tan-
quam novella plantatio in propriam et specialem
sanctæ sedis apostolicæ filiam eadem domus est
adæptata, ut nulli unquam archiepiscorum vel
episcorum licet excommunicationis seu inter-
dicti sententiam absque assensu et mandato Ro-
mani pontificis, vel legati ejus a latere distincti in
item cœnobium promulgare, seu consuetudines
a'iquas ibi exigere, vel missas publicas contra vo-
luntatem vestram celebrare, aut alicujus, gravami-
n's causa manum apponere. Neque enim dignum
est ut qui ad jus sacrae Romanæ Ecclesiæ, quæ
omnium Ecclesiarum caput et mater est, pertinere
noscuntur, quorumlibet oppressionibus graventur,
vel incusionibus agitentur. Liceat quoque vobis in
Ecclesiis vestris presbyteros eligere et dioecesano
episcopo præsentare, quibus si idonei inventi fuerint,
episcopus animalium curam committat, ita
quidem quod ei de spiritualibus, vobis de tempora-
libus sine aliqua contradictione respondeant. Sane
xi presbyterum aliquem ad divina officia cele-
branda, in quo divino mancipati estis obsequio du-
xeritis retinendum, de altari Crucis, quod ad vos
pertinet, nulli interim teneatur respondere. Deci-
mas quoque novalium vestrorum quæ propriis ma-
nibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis
vestrorum animalium nullus a vobis præsumat ex-
gere, sed siné omni contradictione episcorum et
episcopalium ministrorum eas deinceps quiete pos-
sideatis, qui vestra peregrinis et pauperibus eroga-
tis. Neque cuilibet facultas sit vos pro vivorum seu
defunctorum eleemosynis ob salutem animalium
vobis canonice datis inquietare. Sed tam vivorum
quam defunctorum in dona et oblationes quæ ad
vos deferentur, in usus & rvorum Dei et pauperum
profuturas, salva justitia matricis ecclesie vobis
retinere liceat et habere. Porro idem monasterium
cum omnibus pertinentiis suis, sicut hactenus ex
concessione sanctæ sedis apostolicæ fuisse digno-
scitur, sub Cluniacensis monasterii libera ordina-
tione et dispositione consistat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas
sit præsumat monasterium temere perturbare, aut

A ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere ini-
nuere, seu quibuslibet exactionibus fatigare; sed
omnia integra conserventur eorum, pro quorum
gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus
omnibus profutura, salva in omnibus eedis aposto-
licæ dignitate, et in supradictis ecclesiis diocesa-
norum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur
in futuruni ecclesiastica secularis persona, etc.

Ego Lucius catholicae Ecclesiæ episc:

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinæ epi-
scopus.

Ego Joannes presbyter cardinalis tituli Sancti
Marci.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sanctæ
Susannæ.

Ego Laborans presbyter cardinalis Sanctæ Mariæ
trans Tiberim, tituli Sancti Calixti.

Ego Paulus presbyter cardinalis tituli Basilicæ
Sanctorum Apostolorum.

Ego Jacobus diacl. card. J. Mariæ.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani
diaconus cardinalis

Ego Laborans S. Angeli diacl. cardinalis.

Ego Goffredus Sanctæ Mariæ in Via Lata diaco-
nus cardinalis.

Datum Verul. per manum Alberti sanctæ Roma-
næ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarij, xxi
Kalenjas Maii, indictione II, Incarnationis Do-
minice anno millesimo centesimo octogesimo
quarto, pontificatus vero domini Lucii papæ tertii
anno tertio.

CXXXVI.

R. decano et capitulo Rothomagensi mandat, cum
mortuus archiepiscopus sit, ut W[illelmum], elec-
tum Constantiensem, a suffraganeis Ecclesiæ Ro-
thomagensis episcopis consecrandum curent.

(Verul, April. 24.)

MARTEN., Thesaur., III, 987.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filii R. decano et capitulo Rothom., salute in
apostolicam benedictionem

D Significantibus dilectis filiis nostris capitulo Con-
stantiensi Ecclesiæ, intelleximus quod cum dilec-
tum filium nostrum W., decanum quendam Ba-
jocensem, canonice et concorditer elegisset in epi-
scopum a bonæ memorie R. archiepiscopo vestro,
electio fuit solemniter confirmata, et consecrationi
terminus assignatus. Sed interim archiepiscopus,
sicut Domino placuit, diem clausit extremum, et ita
sub occasu isto, non sine gravi dispendio, conse-
cratio hactenus est dilata, cum sex annis et amplius
jam dicta Ecclesia pastorali manserit providentia
destituta. Unde quoniam mora trahit ad se pericu-
lum, discretioni vestre per apostolica scripta man-
damus atque præcipimus, quatenus, si res ita se
habet, suffraganeis episcopis ad vestram Ecclesiam
convocatis, præfato electo, sine difficultate, dilata-
tione et appellatione remota, munus faciatis conse-
crationis impendi, ita quod plenitudinem offici
pontificalis adeptus, commissio sibi gregi sacramenta

possit salubria ministrare, et tam in ordinatione clericorum quam in dedicatione ecclesiarum, et alii quæ ad episcopum solum respiciunt, sicut fuerit necessarium, providere.

Datum Verul., viii Kal. Maii.

CXXXVII.

Privilegium pro monasterio S. Severi Ravennate.

(Verulis, April. 27.)

[*MITTARELLI, Annal. Camaldul., IV, 113.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Henrico abbati Sancti Severi Ravennatis, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regalariter substituendis, in perpetuum.

Quoties a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis effectum congruum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; monasterium Sancti Pulionis, ecclesiam Sanctæ Mariæ in Xenodochio, ecclesiam Sancti Thomæ; medietatem portæ Sancti Laurentii cum ripa fluminis usque ad turrim Sancti Cypriani, cum ipsa turri, et ab ipsa porta usque ad palatium quondam Theodorici regis cum casamentis et tenementis; quidquid habetis infra urbem Ravennatem vel infra totum territorium ipsius civitatis; insulam a Badanero usque ad portum Candiani et a monasterio vestro usque ad mare cum usu piscandi et pascendi; quidquid habetis in comitatu Imolensi, ecclesiam de Butrio cum suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Cassiani infra civitatem Faventinam cum omnibus pertinentiis suis, et quidquid habetis in ipsa civitate vel episcopatu suo; quidquid habetis in episcopatu Bononiensi, et quidquid habetis in episcopatu Liviensi; ecclesiam Sanctæ Sustiae in episcopatu Ferrarensi, et quidquid habetis in ipso episcopatu; ecclesiam Sancti Ægidii in Carpenella, et tertiam partem ecclesie Sanctæ Mariæ ipsius villa cum ipsa villa; capellam Sancti Severi, capellam Sancti Martini, capellam Sancti Christophori, capellam Sancti Andreæ in Catignano, capellam Sancti Paterniani cum omnibus pertinentiis earum; totam massam de Sciao et quidquid habetis in episcopatu Popiliensi; ecclesiam Sancti Pauli de Casameruli cum pertinentiis suis, et quidquid habetis in civitate Ficloclensi vel in episcopatu, ecclesiam Sancti Angeli in civitate

A Ariminensi, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Marignano, Ecclesiam Sancti Stephani in Pereto, ecclesiam Sancti Martini in Luciano, cum omnibus pertinentiis earum, et quidquid habetis in episcopatu Ariminensi; ecclesiarum Sancti Jacobi in civitate Pensauriensi cum pertinentiis suis, et quidquid habetis in ipsa civitate vel episcopatu; quidquid habetis in episcopatu Fanensi, vel Callensi, seu etiam Eugubiensi; quidquid habetis in comitatu Castelli, castrum Coriae cum ecclesiis et pertinentiis suis; tertiam partem castri de Afra cum tertia parte ecclesie ipsius castri; monasterium Sancti Benedicti de Castagnola cum omnibus suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Joannis de Cassiano, ecclesiam Sancti Andreæ, ecclesiam Sancti Petri in Capiano cum omnibus pertinentiis suis, et quidquid habetis in comitatu Sezogallensi; monasterium de Castagnola, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Remorta cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Stephani in Lemiciano, ecclesiam Sancti Sergii, ecclesiam Sancti Cassiani, et quidquid habetis in episcopatu Esino cum ecclesiis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Angelii in Casabie cum toto fundo, ecclesiam Sancti Ariaci in Gaona cum toto fundo, ecclesiam Sancti Joannis in Palumbice cum toto fundo, ecclesiam Sancti Joannis de Agello cum pertinentiis suis, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Camorata, et quidquid habetis in comitatu Anconitano et Auximano.

Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas extorquere præsumat. Licet quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos, ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque licentia sui abbatis de eodem loco discedere; discendentem vero sine communione litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce, divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbatem, vel tuorum quolibet successorum, nullus

B ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, providerint eligendum. Sepulturam præterea monasterii vestri liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obstat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad hæc, constitutionem quam charissimus in Christo filius noster Fridericus, illustris Romanorum imperator semper augustus, de non alienandis possessionibus vel redditibus monasterii fecit ab his qui nomine vestro tenent, et scripto authentico roboravit, aucto-

ritate apostolica ratam habentes futuris decernimus temporibus valitaram, eamque praesenti privilegio confirmamus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præstatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, etc.

ADJUVA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufiniæ episcopus

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Paulus Prænestinus episcopus.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Susannæ.

Ego Vivianus presb. card. Sancti Stephani in Cœlio Monte.

Ego Laborans presb. card. Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Pandulfus presb. card. tit. Basilicæ XII Apostolorum.

Ego Jacobus diac. card. S. Mariæ in Cosmedin.

Ego Gratianus SS. Comæ et Damiani diac. card.

Ego Bobo diac. card. Sancti Angeli.

Ego Octavianus SS. Sergii et Bacchi diac. card.

Ego Soffredus S. Mariæ in Via Lata diac. card.

Ego Albinus diac. card. Sanctæ Mariæ Novæ.

Datum Verulis, per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, v Kald. Maii, inductione II, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno III.

CXXXVIII-IX.

Ecclesiam de Capite Ursuli tuendam suscivit ejusque bona ac privilegia confirmat.

(Verulis, Maii 4.)

[MURATORI, Antiq. Ital., III, 1179.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO presbytero, rectore ecclesiæ de Capite Ursuli, salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolice sedis benignitate inducimur, et susceptæ administrationis debito provocamur, venerabilia loca paterna charitate diligere, et contra malignorum incursum protectionis eis apostolicae præsidium impertiri. Eapropter ad exemplar felicis recordationis Paschalis papæ, prædecessoris nostri, domum, cui Deo auctore præses dignoseeris, cum omnibus quæ in præsentiarum rationaliter possides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus: statuentes ut quæcumque bona a Gualandi filiis Theodorico et Grossolello, vel a Ranerio et Gottolo Gotti filiis, seu a Benni filiis Higone et Theodorico, vel a Bernardo et Henrico Benni filiis, et a Rodulfo et Ildebrandino Ildebrandi filiis, vel a quibuscumque fidelibus in eamdem domum oblata

A sunt, vel in posterum offerri contigerit, quieta et integra in ejusdem domus possessione permaneant illibata, peregrinorum et pauperum usibus profutura. Prohibemus etiam ne quis in eamdem domum assultum facere, vel eam temere perturbare, aut ejus bona diripere, vel modis quibuslibet alienare præsumat. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ protectionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et heatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se novet incursum.

Datum Verulis, quarto Nonas Maii.

CXL.

B Possessiones ecclesiæ collegiatæ B. Marie Brugis recenset, easque privilegia apostolico confirmat.

(Verulis, Maii 4.)

[MIRÆUS, Opp. Diplom., II, 977.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GILBERTO præposito S. Mariæ Brugensis ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris canonice substituendis, in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor postulat æquitatis et ordo exigit rationis, præsertim quando potentium voluntatem et pietas adjuvat et veritas non relinquat.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præstatam ecclesiam in qua divino mancipati estis servitio, ad exemplar felicis recordationis Alexandri papæ prædecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quæcumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet aut in futuram concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam de Sisela cum decimis et aliis pertinentiis suis; census quos homines vestri vobis annuatim exsolvunt; concessionem quoque bonæ memorie Balderici quondam Noviomensis episcopi quæ parochiali ecclesiæ vestræ Sanctæ Mariæ quæ apud Brugense oppidum sita est fecit, felicis memorie prædecessorum nostrorum Paschalis et Alexandri papæ vestigiis inhærentes auctoritate apostolica confirmamus; scilicet ut altare beatæ Mariæ juxta quod prædecessor noster decrevit, ab omni exactione sit liberum. Canonici illic constituti eligendi præpositum suum canonicam habeant et liberam potestatem, in canonibus videlicet expressam, qualem enim canonici habuisse noscuntur, nunc de propria ecclesia, nunc de aliena præpositum eligentes. Cui quidem episcopus canonorum spiritualem curam et providentiam substantię temporalis assignet. Ipse vero ab episcopo utramque prælationem accipiat, et pro utraque ei revo-

rentiam canonicam et subjectionem impendat. A Cumi autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis clavis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce, divina officia celebrare.

Sepulturam præterea ecclesiae vestræ liberam esse degernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se hinc sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obstat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad hæc libertates et immunitates ac rationabiles consuetudines in ecclesia vestra hactenus observatas ratas habemus, easque futuris sancimus temporibus permanere.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfata ecclesiæ temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis-
ve persona, etc.

Ego Lucius catholice Ecclesiae episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Petrus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Susannæ.

Ego Vinciamus presbyter cardinalis titulo S. Stephani de Monte.

Ego Laborans presbyter cardinalis S. Mariæ trans Tiberim, titulo Calixti.

Ego Isandus presbyter cardinalis titulo Basilicæ XII Apostolorum.

Ego Jacobus diaconus Sanctæ Mariæ in Cosmedino.

Ego Bobo diaconus cardinalis S. Angeli.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis.

Ego Soffredus Sanctæ Mariæ in Via Lata diaconus cardinalis.

Ego Albinus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ.

Datum Veruli, per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii IV Nonas Maii, inductione II, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno III.

CXLI.

Statutum pro juramento personarum super residentia.

(Verulis, Maii 4.)

[PETIT, *Theodori Pænitentiale*, p. 453.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis G. decano et canonicis Carnotensis Ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

A Cum aliqua pro Ecclesiarum utilitate fuerint ordinata, quæ non sunt obvia rationi, ne cuiquam temeritas ea violare presumat, munimere sunt apostolico roboranda. Eapropter, dilecti in Donino filii, vestris justis postulationibus annuentes, quod bonæ memorie J. quoniam episcopus vester in capitulo vestro de communi fratrum consilio statuit, scilicet ut cuicunque extunc personatus ecclesiae vestræ daretur, juramentum præstaret in capitulo infra civitatem vestram residentiam se facturum (quo sacramento dicuntur astricti, quibus postmodum honores sunt et personatus ecclesiae vestræ collati), sicut idem statutum rationabiliter est editum, et hactenus pro ipsius ecclesiae utilitate sine contradictione servatum auctoritate apostolica confirmamus. Statuentes ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu teinerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Verul., iv Non. Maii.

CXLII.

Concordiam Guichardi Lugdunensis archiepiscopi confirmat.

(Verulis, Maii 6.)

[JUENIN, *Nouv. hist. de Tournus*, Pr., p. 179.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori et fratribus domus Balgiacensis, salutem et apostolicam benedictionem.

B Eapropter, dilecti in Donino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, concordiam et compositionem quam bonæ memorie Guichardus quondam Lugdunensis archiepiscopus fecit super controversia quæ inter domum vestram et Petrum præcentorem, custodem S. Stephani super jure parochiali castri Balgiacensis fuerat diutius agitata, sicut eadem compositio atque concordia rationabiliter facta est, et ab utraque parte recepta, et in scripto authentico continetur, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu teinerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Verulis, II Nonas Maii.

CXLIII.

Monasterii Lætiensis possessiones confirmat.

(Verulis, Maii 6.)

[REIFFENBERG, *Monumentis*, VII, 643.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis HELCOTO abbati Lætiensi monasterii ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Quoties a nobis petitur, etc. Eapropter, etc., statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque

bona idem monasterium in præsens justæ et canonicæ possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum et principum, etc.

Datum Verulæ, per manum Alberi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, u Nonas Maii, indictione I., anno 1184, pontificatus vero dicti Lucii papæ III anno III.

CXLIV.

Monasterii Capeiensis protectionem suscipit et possessiones confirmat.

(Verulis, Maii 6.)

[D. MARRIER, *Historia S. Martini a Campis* 341]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ROBERTO priori Capeiensis monasterii ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor postulat æquitatis et ordo exigit rationis, præsertim quando potentium voluntatem et pietas adjuvat et veritas non relinquit. Eapropter, disfici in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præstatum monasterium in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessions, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum justæ et canonice possilet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocalibus :

Ecclesiam S. Medardi de Capeio et tertiam partem decimæ ipsius castri et quidquid ibi habetis. Altare de Longavalle, tertiam partem decimæ ipsius loci, et quidquid ibi habetis. Illud juris et possessionis quod in altari de Clary Gaufridus clericus, filius Matthæi Peronensis viri illustris habebat, cum parte decimæ quam ibi habetis et quidquid ibidem possidetis. Præbendam unam in ecclesiam S. Fursei in Peroneusi castro, ex donatione Radulfi comitis Viromand. Altare de Framarevilla, cum tertia parte decimæ, et quidquid ibi habetis. Altare de Waviller, cum tertia et decima et terra et curte quam ibi habetis. Altare de Veteri Ambianensi liberum et absolutum et ab omni costumia, et quidquid ibi in decima vel terra habetis. Terram de Remecourt et quidquid ibi habetis. Terram de Fulconcourt et quidquid ibi habetis. Allodium de Choinnoles et hospites et quidquid ibi habetis. Altare de Mames et quidquid in decima illius loci habetis. Quidquid habetis in decima de Carnai. Altare de Fontanis, cum curte et quidquid ibi habetis. Viginti solidos ad luminare ecclesiæ singulis annis in conductu mercatorum, quod vulgo Guionagium dicitur, Peronæ capiendos et in festo S. Renigii persolvendos, de dono Radulfi comitis Viromand et Adelaidis uxoris ejus. Terram quæ

A dicitur S. Cornelii, sub redditione census quinque solidorum. Sexaginta solidos Atrebatenis monetæ. Apud Warneton, tres bonucrios terræ de dono Petri militis de Capeio, assentientibus et concedentibus Eva uxore ipsius et Gila filia ejusdem.

Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutritiis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exquirere præsumat. In parochialibus autem ecclesiis quas habetis, liceat vobis sacerdotes eligere et dioecesano episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus vobis, vero de temporalibus, debeant respondere : liceat vobis quoque clericos vel laicos e sacerdoto fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Priorum insuper vel monachos sicut a bonæ memorie papa Lucio et aliis Romanis pontificibus constitutum est, sine auctoritate Rom. pontificis nullus excommunicationi vel interdictio subjecere propria voluntate præsumat. Si vero, quod absit ! in alio vestro, vel in effusione sanguinis, vel in verberum flagratione, sive in aliquo hujusmodi violentiam irrogari forte contigerit, nequaquam propter hoc a divinis ecclesia vestra prohibetur officiis. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

D Prohibemus insuper ut infra fines parochiarum vestrarum, sine assensu vestro, capellam vel oratorium, nullus ædificare præsumat, salvis tamecum privilegiis Romanæ Ecclesiæ. Statuimus etiam ut si prior qui pro tempore fuerit in vestra ecclesia constitutus, præbendam quam in ecclesia S. Fursei de Perona debetis habere, alicui personæ idoneæ quæ assidue deserviat ad tempus duxit et committendam, integratatem fructuum sicut alii qui assidui fuerint, consequatur. Chrisma quoque, oleum sanctum, consecrationes altarium, ordinationes clericorum et cetera ecclesiastica sacramenta a dioecesano suscipiatis episcopo; siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulget. Libertates vero et immunitates ac rationabiles consuetudines in ecclesia vestra hactenus observatas, ratas habemus, easque futuris temporibus illibatas manere sancimus. Paci quoque et tranquillitatí vestrae paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ne quis

infra clausuras locorum vestrorum, seu grangiarum vestrarum furtum sacræ, ignem apponere, seu hominem capere vel interficere audeat. Anticantes autem auctoritate nihilominus apostolica prohibemus, ut nulli episcopo licet in ecclesia vestra stationes facere vel missas publicas sine assensu vestro celebrare, ne monasticæ simplicitas disciplinæ quæ per prælatos ecclesiarum fovenda dignoscitur, popularibus tumultibus perturbetur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præstatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quo: um gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Cluniacensis monasterii et ecclesiæ S. Martini de Campus debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscet et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine divinæ ultiæ subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum boræ actionis percipient et apud distictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Verulani, per manum Alberti S. R. E. presbyteri cardinalis et cancellarii, II Nonas Maii, inductione II, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno III.

XLV.

Privilegia, immunitates ac possessiones canonicae S. Ursi de Aosta confirmata.

(Verulis, Maii 7.)

[*Historia patriæ Monum., Chartæ, I, 930.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis Eliis HEDRICO priori Sancti Petri et Sancti Ursi de Augusta, et canonici ejusdem ecclesiæ, tam presentibus quam futuris, canonica vitam professis, in perpetuum.

Religiosis votis annuere et ea oporis exhibitione complere officium nos invitati suscepti regimini et ordo videtur exigere rationis. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præstatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipiimus et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Dei timorem et B. Augustini Regulam in ipsa ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascun-

A que possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia impræsentiarum justæ et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Deo, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

B Locum ipsum in quo præfata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiæ Sanctæ Mariæ et Sancti Petri de Castro Argenteo cum pertinentiis suis, ecclesiæ Sancti Albani de Mosterio cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiæ Sancti Laurentii de moate Girolt cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiæ Sancti Ursii de Conia cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiæ Sancti Stephani de Grazano cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiæ Sancti Martini de Varaia cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiæ Sancti Jacobi de Ussonie et locum de St. Ilano cum appendiciis suis, ecclesiæ Sancti Joannis de Quarto, et ecclesiæ Sancti Andreæ de Pavone cui decimis et appendiciis suis, ecclesiæ de Salugia cum decimis et appendiciis suis, ecclesiæ Sancti Pauli de Verzel juxta Sesiam cum appendiciis suis. Sane novatum vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, e saeculo fugientes liberos et absolutos, ad conversionem reipere et eos absque contradictione aliqua retinere.

D Prohibemus insuper ut nulli fratrum nostrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque prioris sui licentia de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu, discedere; discedentem vero, absque litterarum communium cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terras fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. In parochialibus autem ecclesiis, quas habetis, liceat vobis sacerdotes eligere et diocesano episcopo præsentare; quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ut ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeat respondere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extrema voluntati qui se ulla sepe liberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiæ a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communis consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Augustini Regulam, præviderint eligendum. Inhibemus etiam ne ecclesiæ

aut terras seu quodlibet beneficium ecclesiæ vestrae collatum liceat alicui personaliter dare sive alio modo alienari siue consensu totius capituli aut majoris et sanioris partis. Si quæ vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est factæ fuerint, irritas esse censemus.

Ad hæc autem adjicimus ne aliqui canonici seu conversi, sub professione domus vestrae astricti, sine consensu et licentia prioris ac majoris et sanioris partis capituli vestri, pro aliquo fidejubeant, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiant ultra premium capituli sui providentia provisum, nisi propter manifestam domus vestrae utilitatem. Quod si facere præsumperint, non teneatur conventus, sine cuius licentia et consensu hoc egerant, aliquatenus respondere

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit præfatas ecclesias temere perturbare, aut earum possessiones auferre vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia conserventur, corum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et dioecesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, etc.

Bene valete.

Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Petrus presb. cardin. tit. S. Susannæ subscripsi.

Ego Vuocanus tit. S. Stephani in Cœlio Monte presb. card. subscripsi.

Ego Laborans presbyter cardin. Sanctæ Mariæ Trans Tiberim tit. Calixti subscripsi.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rusticæ episcopus subscripsi.

Ego Henricus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Paulus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Jacobus diac. card. S. Mariæ in Cosmedin subscripsi.

Ego Ardicio diaconus cardin. S. Theodori subscripsi.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diacon. card. subscripsi.

Ego Ottonianus diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Datum Verulis, per manum Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, Nonas Maii, inductione secunda, Incarnationis Dominice anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno tertio.

CXLVI.

Bulla pro capitulo S. Martini Turonensis.

(Verulis, Maii 28.)

[*Défense des priviléges de Saint-Martin de Tours,* p. 24.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano, thesaurario et capitulo Beati Mar-

tini Turonensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum ecclesia vestra ad apostolicam sedem nullo mediaute pertineat, dubitatis ne, si causas quæ motæ fuerint contra eam venerabili fratri nostro Turonensi archiepiscopo delegemus, occasione delegationis jurisdictionem in vos querat perpetuam vindicare. Vestrae proinde libertati pro nostro volentes officio providere, auctoritate vobis apostolica indulgemus ut, si ad jam dictum archiepiscopum aliquæ contra ecclesiam vestram litteræ sunt obtinente, vel fuerint imposterum impetratae, licet vobis ipsum de apostolica licentia recusare. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Verul. v Kal. Junii.

CXLVII.

Bulla pro ecclesia S. Martini Turonensi.

(Verulis, Maii 28.)

[*Ibid.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PHILIPPO decano, Ro. thesaurario et capitulo Sancti Martini Turonensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis potentiis desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente completere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, de his qui fidelitatem promiserunt et juramento etiam firmaverunt stare judicio capituli vestri, juxta consuetudines ecclesiæ vestrae, si quod vobis jurarunt noluerint adimplere, plenam vobis auctoritatem concedimus, et conferimus potestatem, eis, sublati appellationis obstaculo, beneficia subtrahendi quæ ipsius ecclesiæ nomine tenere noscuntur quoque satisfecerint competenter. Libertates quoque, dignitates et consuetudines approbatas ecclesiæ vestre vobis auctoritate apostolica confirmantes, illibatas et integras permanere sancimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Verul., v Kal. Junii.

CXLVIII.

Bulla pro capitulo S. Martini Turonensis.

(Verulis, Maii 28.)

[*Ibid.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PAULIPPO decano, Ro. thesaurario et capitulo Sancti Martini Turonensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto Ecclesia vestra specialius noscitur ad jus

et proprietatem sedis apostolice pertinere, tanto amplius nobis imminet providendum ut integritas pacis et libertatis ipsius in sua jugiter firmitate consistat, et honorabilius status ejus per adventionis illicitæ pravitatem aliquid juris sui dispendium non incurrat. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus annuentes, antiquam ipsius ecclesie dignitatem secundum quod in Romanorum pontificum et regum privilegiis continetur, in suo statu manere decernimus, et eam auctoritate apostolica confirmamus, de communi fratrum consilio statuentes ut omnia communia juramenta vel conjuratio quam burgenses vestri de Castronovo sub appellatione communia vel communis sacramenti fecerunt, quounque nomine censeatur, irrita sint et cassa, et principales auctores eorum cum fautoribus suis, si ea abjurare noluerint, vinculo anathenatis innocentur. Illud quoque juramentum quo se illis temere populus obligaverat irritum esse decernimus, et præcepimus non teneri, ita tamen ut de temeritate ipsius juramenti digna poenitentia satisfaciant, quia illud contra Ecclesiam Dei præsumptione damnabili præstiterunt; maxime cum ex hoc et libertas depararet Ecclesie, et in his quæ ad jurisdictionem ejus pertinere noscuntur, multa sacerdos contra juris ordinem et servatam hactenus justitiam provenirent. Si qui ergo de actoribus jurematorum præscriptorum vel conjurationis ipsius existenterint qui, ea abjurare commoniti, contradicant, vel hujusmodi deinceps conventiculis manus tenendis aut roborandis insistant, liberam vobis damus, nullius contradictione vel appellatione obstante, excommunicandi eos auctoritate apostolica facultatem.

Ad hæc prædecessorum nostrorum felicis recordationis Alexandri et aliorum quorundam Romanorum pontificum vestigiis inhærentes, de consueta clementia et benignitate sedis apostolicae vobis duimus indulgendum ut, si archiepiscopi vel episcopi in quorum episcopatibus malefactores vestri fuerint, tertio per intervallum trium mensium a vobis reverenter et devote atque humiliter requisiti, de ipsis usque ad annum vobis et ecclesiæ vestre plenam et sufficientem justitiam non exhibuerint, extunc habito sanciori consilio et maturitate quam decet servata, liceat vobis eos auctoritate nostra infra missarum solemnia, nullius appellatione vel contradictione obstante, excommunicationis vinculo innodare. De his autem qui fidelitatem vobis promiserunt, et juramento confirmaverunt stare justitiae capituli vestri, juxta consuetudines ecclesiæ vestræ, si infra sex mensis postquam archiepiscopi vel episcopi quorum parochianii sunt, a vobis requisiti fuerint, eos secundum quod diximus de allis quod vobis juraverunt non compulerunt adimplere, eandem per omnia vobis auctoritatem concedimus et conferimus potestatem. Adicimus quoque ut quos de malefactoribus vestris archiepiscopi vel

A episcoli excommunicaverint, liberum sit vobis excommunicatos denuntiare.

Prohibemus insuper ut nulli archiepiscopo, vel episcopo, vel alii ecclesiasticæ personæ liceat excommunicationis vel interdicti sententiam, quam in prædictos malefactores vel juratos vestros servata forma et ordine quem diximus, de communi consilio vel majoris et sanioris partis rationabiliter protuleritis, sine satisfactione congrua relaxare; sed usque ad dignam emendationem sententia ipsa rata et firma permaneat, et irrefragabiliter observetur. Nulli ergo omnino dominum liceat banc paginam nostræ definitionis, concessionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum

B Datum Verul., v Kalendas Junii.

CXLIX.

Aimerico priori et capitulo Silviniacensi concedit ne quis infra ejusdem ecclesiæ parochias sine iporum assensu ecclesiam vel capellam construat, nec excommunicationis sive interdicti sententiam in Silviniacenses promulget.

(Castri, Jun. 13.)

¹ Histoire du prieuré de Souvigny, 342, teste Bréquigny, Table chronologique, IV, 43.]

CL.

Monasterium S. Mariae Noriportus tuendum suscipit et ejus bona ac jura confirmat.

(Anconæ, Jun. 17.)

[Ugnelli, Italia sacra, I, 332. — Pontificis et cardinalium subscriptiones, cum die illis ascripta, hic tantum exhibentur, Lectore ad bullam Alexandri III eidem monasterio, iisdem verbis, concessam revocato. Vide Patrologia t. CC, in Alexander III, ad an. 1177, Junii 29.]

Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus Portuensis S. Ruđanæ sedis episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus.

Ego Joannes presbyter card. tit. S. Marci.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ Trans Tiberim, tit. Calixti.

Ego Ardito diac. card. S. Theodori.

D Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Sofredus S. Mariæ in Via Lata diac. card.

Datum Anconæ, per manum Hugonis S. R. E. notarii, xv Kal. Julii, indict. II, Incarn. Domin. 1183, pontificatus vero D. Lucii papæ III anno III.

CLI

Donationes Godefridi I, Henrici I et Godefridi II, Brabantie ducum, in favorem equitum Templorum confirmat.

(Arimini, Jun. 22.)

[Mirae, Opp. diplom., II, 1189.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus filii magistro et fratribus domus templi, salutem et apostolicam benedictionem.

Jugis petentium desiderii dignum est nos faciem præbere consensum, et vota quæ a rationis mente non discordant, effectu prosequente compere. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu iam concessionem bonæ memorie Godefridi quondam ducis Lotharingiae vobis et domui vestre rationabiliter factam, ratam esse decernimus, camque ut indissolubilem obtineat firmatatem, præsentibus litteris duximus inseremus.

Statuit namque divinitus inspiratus ut quindecim mansos et maresium et prata usque ad flumen Lane in loco ubi silva fuit, et vadit secus terram monachorum Sanctæ Marie et terram viri nolilis Gosowini, ex dono suo, propria consentiente uxore sua, habeatis in posterum et ad utilitatem domus vestre utiliter teneatis.

Præterea nepos ejus Godefridus, dux Lotharingiae, cum propriæ uxoris assensu, donum a predicto Godefrido auro suo factum recognovit et ratum habuit, et, ad exemplar ipsius, relevamentum hominum suorum, tam in ducatu de Brabantia, quam in comitatu de Arscot, et in tota terra, et in ducatu suo, sicut ex authentico scripto ejus agnovimus, vos habere concessit.

Adjiciens ut quicunque de fratribus vestris in curia ejus pro reditu illo colligendo morabitur, pro se et duobus scutariis et tribus equitaturis fenum et avenam habeat, et candelas, et ferraturas equorum de curia ipsa percipiat. Quæ utique omnia, sicut pie et rationabiliter data sunt et concessa, rata esse decernimus, et ea vobis et domui vestre auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere et ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Arimini, x Kal. Julii.

CLII.

Monasteria Camaldulensis adiuvia congregationi retat.

(Bononiæ, Jul. 7.)

[*Annal. Camald., IV, p. 116.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PLACIDO Camaldulensi priori, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Officij nostri nos admonet et iuvitat auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et tranquillitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse dignoscitur ut quid ad earum regimen, Domino disponente, assumpti sumus, eas et a pravum hominum nequitia tueamur, et beati Petri atque sedis apostolicæ patrocinio muniamus. Eapropter, dilicti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuinus, et prædecessorum nostro un-

A felicis memorie Paschalis, Eugenii, Anastasii, Adriani et Alexandri Romanorum pontificum vestigiis inharentes, præcipimus et præsentis decreti auctoritate sancimus, ne cuiquam omnino personæ, clericu, monacho, laico cujuscunq; ordinis aut dignitatis, præsentibus aut futuris temporibus, licet congregations illas et loca illa quæ Camaldulensis eremi sive coenobii disciplinam et ordinem suscepint, quæque hodie sub illius regimine continentur, ullo modo ab ejus subjectione et unitate dividere. Quæ videlicet loca et congregations conservandæ unitatis gratia singularibus visa sunt vocabulis adnotanda :

B In episcopatu Arretino monasterium Sancti Salvatoris Berardingorum, Sancti Petri in Rota, Sanctæ Mariæ in Agnano, Sancti Quirici in Rosa, eremum de Fleri, monasterium Sancti Viriani, Sancti Bartholomæi in Anglari, Sancte Mariæ de Pratalia, monasterium Silvæmundæ, Sancti Petri Minoris, Sancti Michaëlis de Burgo, ecclesiam de curte Luponis, Sancti Andreæ de Castellione, Sancti Savini in Arretino, monasterium Sanctæ Mariæ in Trivio; in Galia monasterium de Insula, Eremum Novum, monasterium de Ferrazzano; in episcopatu Montis-Feretranensi monasterium Montis-Herculis; in episcopatu Pesaurensi monasterium Sancti Dietii, eremum Sajoli; in episcopatu Bononiensi monasterium Sancti Archangeli, Sancti Felicis, Sanctæ Christinæ, Sanctorum Cosmæ et Damiani, hospitale Sanctæ Mariæ in Ragone; in episcopatu Faventino monasterium Sancti Hippolyti; in episcopatu Esino monasterium Sancti Georgii, eremum Rainaldi, monasterium de Accoli; in episcopatu Camerinensi monasterium Sanctæ Helenæ, monasterium de Pirella; in episcopatu Spoletinensi monasterium Sancti Sylvestri; in episcopatu Fulginensi monasterium de Landun...; in episcopatu Castellano monasterium Sancti Sepulcri, monasterium Sanctæ Mariæ de Deciano, Sancti Petri de Planeto; in episcopatu Florentino monasterium Sancti Petri in Luco, Sancti Salvatoris juxta civitatem; in episcopatu Fesulano monasterium Montismuri; ecclesiam Sanctæ Margaretæ, monasterium de Pratoveteri; in episcopatu Vulteranno monasterium Sanctæ Mariæ in Policiano, Sancti Petri in Fontiano, Sancti Petri in Cerreto, monasterium Sancti Justi; in episcopatu Pisano, monasterium Sanctæ Mariæ de Morrona, Sancti Stephani in Cinctoria, monasterium Sancti Savini, monasterium Sancti Michaelis de Burgo, Sancti Fridiani, Sancti Zenonis; in episcopatu Lucano monasterium Sancti Salvatoris in Cantignano, Sancti Petri in Puteolis; in Sardinia, in episcopatu Turritano, monasterium Sanctæ Trinitatis de Sacaria, ecclesiam Sancte Eugeniae in Samanar, ecclesiam Sancti Michaelis et Sancti Laurentii in Vanari, ecclesiam Sanctæ Mariæ et Sancti Joannis in Altasar, ecclesiam Sanctæ Mariæ in Contra, ecclesiam Sancti Joannis et Sancti Simeonis in Salvereno, ecclesiam Sancti

Nicolai de Trulla, ecclesiam Sancti Petri in Scano, ecclesiam Sancti Pauli in Cotrogno, ecclesiam Sancti Petri in Olim; in Tuscia, in episcopatu Clusino eremum Vivi in monte Amiato cum omnibus supradictorum locorum pertinentiis; villam præterea de Mojona, quam emistis ab Henrico præposito et reliquis canonicis cum omnibus pertinentiis suis; villam de Moutione, quam ab abbe Sanctæ Floræ emistis, quemadmodum in vestris chartulis continetur, et vobis a prædecessore nostro bona memoria papæ Anastasio, mediante justitia, adjudicata est, et scripti sui sententia confirmata.

Omnia igitur monasteria cum omnibus ad ipsa pertinentibus statuimus et apostolicæ sedis auctoritate sancimus, tanquam corpus unum sub uno epite, id est sub priore Camaldulensis eremi temporibus perpetuis permanere, et in illius observatione persistere: sub eo, inquam, priore, qui ab ipsius congregationis abbatibus sive prioribus et ab cremitis regulariter electus, præstante Domino, fuerit. Porro congregationem ipsam ita sub apostolicæ sedis tutela perpetuo confovendam decernimus ut nulli episcoporum facultas sit aliquod ex his monasteriis absque prioris conniventia et apostolicæ sedis licentia excommunicare vel a divinis officiis interdicere. Fratribus autem ipsis licentia sit a quo maluerint episcopo consecrationum et ordinacionum sacramenta suscipere. Ad hæc monasterium de Urano vobis et conventui vestro, salvo jure Ravennatis Ecclesiæ, auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu aliis quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis præfutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, et diœcesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotis persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate carcat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiōni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

ADJUVA NOS, DEUS SALUTARIS NOSTER.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinæ sedis episcopus ss.

Ego Henricus Albanensis episcopus ss.

A Ego Theobaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus ss.

Ego Joannes presb. card. tit. Sancti Marci ss.

Ego Laborans presb. card. tit. Sanctæ Mariæ Trans Tiberim tit. Calixtiss.

Ego Pandolpus presb. card. tit. basilicæ xii Apostolorum ss.

Ego Ardicio S. Theodori diae. card. ss.

B Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diae. card. ss.

Ego Sofredus Sanctæ Mariæ in Via Lata diae. card. ss.

Ego Albinus Sanctæ Mariæ Novæ diae. card. ss.

Datuni Bononiæ, per manum Ilugonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ notarii, Nonis Julii, indictione secunda, Incarnationis Dominicæ anno 1183, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno III.

CLIII.

Monasterii S. Benigni Divisionensis possessiones et privilegia confirmat.

(Veronæ, Jul. 31.)

[PÉRARD, Recueil, 258.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis HAMONI abbatii Sancti Benigni Divisionensis ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo postulat rationis præsertim quando potentium voluntates et pietas adjuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfatum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis prædecessorum nostrorum, Gregorii VII, Honorii, Innocentii, et Alexandri Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et B. Benedicti Regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

... vestro sitæ sunt, libertatem presbyterorum ecclæsiis Domino servientiis, quam Robertus quondam Lingonensis episcopus monasterio frater noster Manasses episcopus Lingonensis in eisdem ecclæsia Sancti Apollinaris et in ecclæsia de Longo Vado, de Plumbariis et Villariis, vobis perpetuo concessit, et scripto proprio confirmavit; ecclæsiam Sancti Germani de Lariaco in qua sanctimoniales consistunt, ita qualem ut et ipsæ sanctimoniales vobis vestris-

que successoribus ecclesieque Divisionensi debitam obedientiam et consuetam exhibeant, sicut ejusdem loci monachi exhibere noscuntur, sicut eam canonicæ ac pacifice possidetis, vobis nihilominus confirmamus; cellam etiam Clementini prati in qua conversi consistunt: locum de Fordemunt in quo similiter conversi consistunt; illud etiam remissio-nis et immunitatis, quod bona memoriae Robertus quondam Lingonensis episcopus, vel sui prædeces-sores, de paratis et synodis vobis rationabiliter induisse noscuntur, presentis scripti auctoritate confirmamus. Villam præterea quæ Dianetum dicitur, sicut per judicium Stephani Aduorum episcopi monasterio vestro juste adjudicata est, et vos eam pacifice possidetis, cum omnibus pertinentiis suis, nihilominus auctoritate apostolica confirmamus. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis anima-lium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem vestram recipere, et eos absque contradictione aliqua in vestro monasterio retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque abbatis licentia, vel ejus ministerio, nisi arctioris religionis obtentu, discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generali interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clavis januis, exclusis excommunicatis vel interdictis, non pulsatis campanis, summissa voce divina officia celebrare. In parochialibus autem ecclesiis quas habetis, liceat vobis presbyteros nominare, eosque diocesano episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, qui ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nullus obstat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ea vero quæ a prædecessoribus nostris, Sergio, Joanne, et Alexandro de cœmterio, vel de aliis provida vobis sunt deliberaione concessa, sicut in privilegiis eorum continetur, illibata de cœtero manere cen-sus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum monasterium tenere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra et illibata conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice au-toritate, et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis persona, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus sub-scripsi.

3268

A Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinae sedis episcopus.

Ego Henricus Albaniensis episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis et Velletrensis episco-pus.

Ego Joannes presbyter cardinalis tituli Sancti Marci.

Ego Laborans presbyter cardinalis Sanctæ Marke Trans Tiberim tituli Calixti.

Ego Humbertus presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Damaso.

Ego Pant. presvt. cardinalis tit. basilicæ XII Apostolorum.

Ego Arditio diaconus cardinalis Sancti Theodo-ri.

B Ego Gratianus diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Ego Joffredus Sanctæ Marie in Via Lata diaconus cardinalis.

Ego Albinus Sanctæ Marie Novæ diaconus car-dinalis.

Datum Veronæ, per manum Illegenis sanctæ Romanæ Ecclesiæ notarii, secundo Kalendas Au-gusti, inductione secunda, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domni Lucii pape III anno tertio.

CLIV.

Ecclesiam S. Petri Nessinam tuendam suscipit ejusque possessiones et privilegia confirmat.

(Veronæ, Aug. 10.)

[TATTI Ann. di Como, t. H, p. 884.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis præposito ecclesiæ S. Petri de Nessii ejusque fra-tribus, tam præsentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire videtur, anno nos decet li-benti concedere et potentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annui-mus et præfatum ecclesiam S. Petri, in qua divino mampati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti patro-cinio communimus. Statuentes ut quæcumque pos-sessions, quæcumque bona eadem ecclesia juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo ecclesia memorata sita est cum omnibus adjacentiis, quæ ad eamdem ecclesiæ pertinent. Ex dono et concessione B. Cumani episcopi quartam partem decimationis ejusdem plebis vestræ. Runcum S. Joannis de Domino, quem Stephanus archipresbyter excolebat. Silvam insulanam, quam memoratus episcopus emeral. Oræ-toria SS. Victoris et Nazarii de Brieno cum qnæ

nibus appendiciis eorum. Decimam de Domo Crescentii de Brjenno. Oratorium SS. Georgii et Nazarii de Hilo cum omnibus appendiciis ejus. Oratorium S. Andreæ apostoli de Nervo cum omnibus appendiciis ejus. Oratorium S. Mariæ de Vico cum omnibus appendiciis ejus. Oratorium S. Martini de Careno cum omnibus appendiciis ejus. Oratorium S. Mariæ et S. Fidelis de Ciserno cum omnibus appendiciis ejus. Oratorium S. Ambrosii de Palanzo cum omnibus appendiciis ejus. Oratoria S. Mariæ et S. Alexandri de Hemena cum omnibus appendiciis eorum. Oratorium S. Margaritæ de Molina cum omnibus appendiciis ejus; terram de Curticella; decimam de casa Ursonis de Pino et Joannis presbyteri fratris ejus; decimam de casa Petri presbyteri et nepotum ejus; decimam de casa filiorum Stephani presbyteri; decimam filiorum Martini de Calcariola et beneficium custodiae.

Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat præfatum ecclesiam temere perturbare aut possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et directio cesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sacerularis persona hanc nostræ conservationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo ter uoce commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuitate cognoscet et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine divinæ ultiæ subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Veronæ, per manum Iugonis notarii, iv Idus Augusti, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno III.

CLV,

Pastorinem SS. Salvatoris et Julie Brixien, sub sanctæ Romanae Ecclesiæ protectione cum suis bonis, iuribus et jurisdictionibus confirmat.

(Veronæ, Aug. 18.)

[MARGARINI, Bullar. Casin., II, 205.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo aliis monasteriis abbatisse monasteriis Sanctæ Julie Brixienensis, ejusque sororibus, iam presentibus quam futuris, regulari vitam professis, in perpetuum.

Prudentibus virginibus quæ sub habitu religionis, accensis lampadibus, per opera sanctitatis jugiter se præparant ire obviam Sponso, sedes apostolica debet præsidium impertiri, ne forte eujuslibet temerari-

A tatis incursus, aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfatum monasterium Sanctæ Julie Brixienensis, in quo divino estis obsequio mancipatae, quod ad jus et proprietatem beati Petri, nullo mediante, pertinere dignoscitur, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis recordationis Calixti, Innocentii, Eugenii Romagerum pontificeum, sub beati Petri tutela et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quæcunque prædia, quæcunque possessiones, quæcunque bona, ex munificentia bonæ memorie Ansæ reginæ, seu ex largitione illustris memorie imperatorum, qui post eam regni gubernacula suscepserunt, vel ab aliis fidelibus collata, idem monasterium in præsentiarum justis et canonice possidet, aut in futurum concesione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis et his quæ vobis successerint, et illibata permaneant. In quibus hac propriis duximus exprimenda vocabulis :

Sermionem cum duabus ecclesiis Domini videlicet nostri Salvatoris et Sancti Viti martyris Cervianam cum ecclesia Sanctæ Julie martyris; Nubelarium cum ecclesia Sancti Laurentii; Berciagum cum duabus ecclesiis Sancti Zenonis et Sancti Stephani; Magonenicum cum ecclesia Sancti Alexandri; Thimolinam cum ecclesia Sanctæ Julie; Barbadam cum duabus ecclesiis Sanctæ Mariæ et Sanctæ Julie et Sancti Petri; Monticellum cum ecclesia Sanctæ Mariæ; Voum cum ecclesiis Sancti Petri et Sancti Laurentii; Calvatonem cum ecclesiis Sanctæ Mariæ, Sanctæ Julie et Sancti Blasii; Scandolariam cum ecclesia Sancti Michaelis; Ciconiarium cum ecclesia Sanctæ Mariæ; Gosenagum cum ecclesia Sancti Martini; Miljarinam cum ecclesia Sanctæ Julie; Sermidam cum ecclesia Sancti Petri in Solado, et capellam Sanctæ Julie de Pradellis. Præterea quæcunque alias curtes, villas, castella, ecclesiæ, portum Placentinum, et ripaticum ejus, districtum servorum et liberorum ad vestrum cœnobium pertinentium, et omnia ad idem monasterium pertinencia nihilominus confirmamus. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus collitis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere aut extorquere præsumat. Decimas etiam quas idem monasterium a quadraginta annis inconcusse possedit et in præsentiarum sine controversia possidet, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus. Præterea quoque decreto sancimus, ut prædictum monasterium apostolicæ sedis tutela et regia defensione munitum, sub nullius unquam alterius potestate vel jurisdictionibus redigatur; adeo ut quisque sacerdotum, nisi ab ipsius loci abbatissa fuerit invitatus, missarum ibi solemnia celebrare præsumat. Præterea ipsius loci abbatissæ licentiam

indulgemus ecclesias ad honorem Dei construere, et libertatem ab imperatoribus et regibus monasterio præfato concessam tam in mercatis constituendis, quam in castellis, in terris ipsius monasterii ubicunque voluerit pro utilitate ejusdem monasterii ædificandis, pariter roboramus. Nullus etiam episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, seu aliquæ magna parvaque persona, ullum districtum in aliquibus locis ipsius monasterii tenere vel judicare, aut aliquid placitum, absque licentia abbatissa habere præsumat, aut res ipsius spirituales, sacercalesve quovismodo alienare vel molestiam ei inferre, aut sodrum vel mansionaticum, seu ripaticum, aut paratas, sive functiones alias exigere audeat. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes abbatissæ vel monacharum, seu clericorum vestrorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, seu quidquid ad sacram ministerium pertinet, a quibuscumque malueritis catholicis suscipiatis episcopis, qui nimurum absque pravitate et reprehensione aliqua, ea vobis concedant, quemadmodum a supradictis prædecessoribus nostris Calixto, Innocentio, Eugenio, Romanis pontificibus, vestro monasterio pro fragilitate feminæ sexus constat esse concessum. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbatissa vel earum qualibet quæ tibi successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti Regulam providerint eligendam.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, carum, pro quarum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Omnia supra scripta statuimus cum auctoritate Romanæ Ecclesiæ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se à divino judicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theobaldus Ostien. et Velletrensis episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rusinæ sedis episcopus.

A Ego Joannes presbyter card. tit. ecclesiæ Sancti Marci.

Ego Laborans presb. card. tit. Sanctæ Mariæ Trans Tiberim.

Ego Pandulphus presbyter card. tit. basilicæ xii Apostolorum.

Ego Ardicio diac. card. tit. S. Theodori.

Ego Gratianus tit. SS. Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Goffredus tit. Sanctæ Mariæ in Via Lata diac. card.

Ego Albinus tit. Sanctæ Mariæ Novæ diacon. card.

B • Datum Veronæ, per manum Hugonis sanctæ Romanae Ecclesiæ notarii, xv Kalend. Septembbris, i. dictione ii, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii pape III anno iv.

Signum Lucii papæ III.

ADJUVA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER.

CLVI.

Bulla papæ pro monasterio Boni-radii.

(Veronæ, Aug. 31.)

[Gall. Christ. nov. XII, Instrum. 138.]

C Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectus filii GIRARDO abbati monasterii Boni-radii, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito revocet, aut robar, quod alesit, sacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulatio. iibis clementer annuimus, et præfatum monasterium Boni-radii, in quo divino n.icipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem in vestro cœnobio, et beati Benedicti Regulam ac Cisterciensium fratrum institutionem noscitur institutus, perpetuis ilidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium impræsentiarum possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, tñna vobis vestrisque successoribus etiam illibata permaneant. In quibus hæc propriis duimus exprimenda vocabulis :

D Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, quæ sunt a via trita quæ tendit a Nivernis Warziacum, usque ad tritam veterem quæ dicit a Charitate Warziacum; et omnia usuaria in omni potestate Caudemisi, tam in nemoribus quam in plana terra : nemus quod dicitur Booles, grangiam Boni-radii cum pertinentiis suis ; pasturas in Boiplano, grangiam Cathelaii eum pertinentiis suis ; terras Lamberti Salonis, nemus Milonis, nemus quod dicitur Castales (*Chastelet*), terras Gaudrici, viam qua istup

ad grangiam; grangiam Cavinaci (*Chevigny*) cum pertinentiis suis, grangiam aqueductus cum pertinentiis suis; nemus quod dedit vobis domina de Grenat; usuaria in nemore Britan... grangiam Avantigiarum cum pertinentiis suis; parvum fudem, planum etiam nemus quod dieitur Neardes; molendinum de Pruvera, et molam ipsorum molen-diorum; terram que dicitur Caumes (*Chaumes*), quam vobis dedit Everardus Motet; grangiam Con-cisi cum pertinentiis suis; prata, terras dominæ Mariæ de Nauminia (*Naumann*); rufam forestam, domum et vineas Warziaci; domum et vineas Ser-beanti; Montem-Agleuti (*Montaiglaut*) et vineas; Pontem-tilium, terras de Constablei (*Constables*); pratum Galeraudi (*Pré Galeraud*), et exclusam ipsius prati, Noassegaudi (*Novesegaud*); prata An-gelorum (*Pré des Anges*) usque ad lapidiscaenum; prata S. Macuti, pratum Petri Constables, prata de Linerolas (*Lignerolles*). Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos a sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, fas sit absque abbatis sui licentia de eodem discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Paci quoque et tranquillitati vestræ paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrum nullus violentiam, vel rapinam, aut furtum committere, ignem apponere, hominem capere vel interficere aliqua temeritate præsumat. Decernimus ergo nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, etc.

Datum Veronæ, per manuū Hugonis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ notarii, n Kalendas Septembbris, inductione II, incarnationis Dominicæ 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno III.

CLVII.

Mona-terium Altahense superins trendum suscipit et ejus bona juraque confirmat.

(Veronæ, Sept. 2.)

[*Monumenta Boica*, tom. XII, 112.]

LECIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis WOLFRANO abbatii monasterii Sancti Petri in Alta, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulari vitam professis in perpetuum

Quoties a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et potentium desideriis congruum suffragium imperiuri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestrī justis postulationibus clementer annui-mus et præfatum monasterium Sancti Petri in Alta, in quo divino mancipati estis obsequio, sub-legati Petri et nostra protectione suscipimus, et præ-

A sentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fideliū, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Drasselsriede, Ossenbach, Leivannesriede, Calberespach, Haimesperge, Aitinha, Plassanesperch, Adelhartesdorf, Hagenberg, Heich, Melpach, Pirche tres curtes, Gocholdesgrute, Chroleinesdorf, Hubenare, tres curtes Borascelle, tres curtes, Tovernendorf, Rensten, duas curtes, Sikeleinesperge; Mennaha. Molendinum, Hicenperge, prædium, Grubbe, unum prædium. Ricemannsdorf, tres curtes, Temanesdorf, tres vineas et quidquid ibi habetis. Velberch, curtem, Teusenbach, duas curtes, juxta unam curtem. Mertanne, Puchperge, Radesmannesperge, Menna unam curtem, et molendinum. Haugencelle, Freindorf, curtem Riule, duas curtes. Harde, Strazchirchen, Vulpach, mansum unum. In Buizchouen, duas curtes, Mætingen curtem. Sili-chinge, tres curtes Haiterhouen, novem mansos Wintpozzingen, curtem. Harde, Ilunderdorf tres curtes, Scorrige dimidium mansum Berndorf, tres mansos. Dictrichessdorf, curtem, Tatingem mansum, Illedorf duas curtes. Pinningen curtem Mirendorf villam Wacenriede villam et Laderaren, quatuor curtes. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere aut extorquere præsumat.

Liceat quoque vobis clericos vel laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco possessionem fas sit absque abbatis sui licentia nisi arclioris religionis obtentu de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Decimas præterea quas a quadraginta annis inconcusse tenuistis, vobis nihilominus confirmamus. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clavis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. In parochialibus vero ecclesiis quas habetis liceat vobis sacerdotes eligere, et diœcesano episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ut ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeat respondere.

Auctoritate quoque apostolica prohibemus ne ad-vocatus vester, qui pro tempore fuerit, aliquam violentiam in vestro monasterio exercere, seu bona ipsius alienare aliqua occasione præsumat; sed co-

jure contentus existat, quod sibi antiquitus nosciatur institutum. Si vero fratribus gravis et monasterio inutilis apparuerit, eo amoto, alium idoneum eligendi de auctoritate apostolica volvis et successoribus vestris concedimus facultatem. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extrema voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeante vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successore nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii senioris secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam providerint eligendum.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate, et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona etc.

Ego Joannes presb. card. titulo S. Marci.

Ego Lucius catholice Ecclesie episcopus.

Ego Theodorus Portuensis et Sanctæ Rusticensis C sedis episcopus.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ Transtibetum titulo Calixti.

Ego Pandulfus presb. card. titulo Basilice XII Apostolorum.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus.

Ego Ardito diacon. card. S. Theodori.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaec. card.

Ego Gofredus Sanctæ Mariæ in Via Lata diaec. card.

Ego Albinus Sanctæ Mariæ Novæ diaec. card.

Datum Veronæ per manum Hugonis, sanctæ Romanæ Ecclesie notarii, iv Non. Sept., inductione II, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno iii.

CLVIII.

Privilgium de usu mitræ pro abbatibus S. Michaelis Bergensis.

(Veronæ, Sept. 4.)

[USSERMANN, *Episcopatus Bamberg. Prob. 426.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio WOLFRANO abbatì Sancti Michaelis in monte Babenbergen, salutem et apostolicam benedictionem.

Eos qui sacrosanctæ Romanæ Ecclesie sinceræ devotionis exhibent puritatem, clementiori sicut

A convenit benignitate respicimus, et placidi favoris assensum justis corum petitionibus non negamus. Eapropter, dilecte ip Domino fili, tuis justis postulationibus annuentes, et preces venerabilis fratris nostri O. Bambergensis episcopi executione favorebili prosequentes usum mitræ, qui tibi personaliter est concessus, tuis quoque successoribus indulgemus, ut Ecclesia tua semper præ oculis habest, in quo exhibitum sibi largius favorem et gratiam sedis apostolicae recognoscat. Nulli ergo, etc.

Dat. Veronæ, ii Non. Septembri.

CLIX.

Bononiensem et Mutinensem ecclesias testatur a se, salvo jure Gerardi archiepiscopi Ravennatis, consecratas esse.

(Veronæ, Sept. 4.)

[RUBEI *Hist. Ravenn.*, p. 356.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri, GERARDO Ravennati archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum est et consonum rationi ut cum ad tuæ fraternitatis instantiam Bononiensi et Mutinensi eccl. iis impenderimus dedicationis munus, nunquam ex hoc adversus ecclesiam tuam, cui tanquam metropoli sunt subjectæ, et aliquantam vindicare valeant libertatem. Nos itaque providere volentes, ne de facto nostro, contraire vel successores tuos, injuriæ aut scandali materia oriatur, auctoritate apostolica constituimus, ut nullum ex hoc tibi, vel successoribus tuis præjudicium in posterum generetur, sed semper jam dictæ ecclesiæ, sicut ante dedicationem quam eis impendimus erat, in tua et successorum tuorum obedientia, et subjectione, sine contradictione consistant. Nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contravenire. Si quis autem hoc attentare præsumiperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incurrurum.

Datum Veronæ ii Non. Septembr.

CLX.

Privilgium pro Ecclesia S. Thomæ Regiensi.

(Veronæ, Sept. 9.)

[TIRABOSCHI, *Memorie Moden.*, III, 94.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus BEATRICI abbatissæ Sancti Thomæ Regiensis ejusque sororibus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Prudentibus virginibus quæ sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis jugiter se præparant ire obviam Sponso, sedis apostolicæ debet præsidium impertiri, ne forte cufuslibet temeritatis incursum aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit! sacræ religionis infringat. Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus elementer annuimus et præfataam ecclesiam Sancti Thomæ in qua Dei estis obsequio mancipatæ sub beati Petri et nostra pro-

tectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio A communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et B. Benedicti Regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis in eo temporibus inviolabiliter obseretur. Præterea quascunque possessiones, quæcumque bona eadē ecclesia impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit alipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo memorata ecclesia sita est, sicut a strata regia venit ad viam Sanctæ Crucis, et ab eadem via currit ad fossatum civitatis, et interius sicut fossatum extenditur usque ad tenutam filiorum Balbi, et ab eo loco revertitur ad stratam regiam; plehem de Mutilena, quæ in honore Sancti Michaelis dedicata est, cum capellis et pertinentiis suis, scilicet capellam de Sisio Sanctæ Mariæ cum omnibus ad eamdem ecclesiam pertinentibus; capellam Sancti Dalmatii cum pertinentiis suis; capellam Sancti Celestini cum pertinentiis suis in Vicojario; capellam Sancti Blasii in Runcocco, cum omnibus pertinentiis suis; rationes quas habetis in ecclesia de Curviaco; capellam Sancti Pauli in civitate cum omnibus quæ ad eamdem ecclesiam pertinent; ecclesiam Sancti Viti cum omnibus quæ ad eamdem ecclesiam pertinent; ecclesiam Sancti Vigili in Saxo-Forte cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Blasii de Villanova cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Domini de Fozano cum omnibus pertinentiis suis; terram quam habet Asto de Novis Libellario nomine ab ecclesia vestra cum casis, camentis, et vineis; tredecim jugera terræ et casamentum in civitate, quæ omnia domna Beatrix preclaro nomine tenebat ab ecclesia vestra et manus de Monte detentum per Guidonem et nepotem suum, sicut ea juste et sine controversia possideatis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, seu nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas extorquere præsumat.

Quia vero decimationum proventus ecclesiis et carum sunt deputati personis, prohibemus ut nulli laico de terris seu redditibus vestrīs decimas exigere liceat. Inhibemus insuper ut nulli archiepiscopo in vos aut ecclesiam vestram sine manifesta et rationabili causa suspensionis liceat vel excommunicationis sententiam promulgare. Liceat quoque.... vobis personas sæculo fugientes liberas et absolutas ad conversionem vestram recipere et eas absque contradictione qualibet retinere. Quin autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis non pulsatis campanis, clavis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam præterea ipsius loci liberaliter decernimus, ut eorum, qui scilicet sepeliri delibe-

raverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Antiquas et rationabiles consuetudines ecclesiae vestre a quadraginta armis inconcusse usque ad hæc tempora sine controversia conservatas auctoritate apostolica manere volumus illibatas. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbatissa vel qualibet eorum quæ tibi successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quam sorores communi consensu vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendam.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, et diœcesani episcopi canonica iustitia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularis ve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufine sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus.

Ego Joannes presbyter cardinalis tit. Sancti Marci.

Ego Laborans presbyt. cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim titulo Calixti

Ego Pandulphus presbyter cardinalis titulo basilicæ XII Apostolorum.

Ego Ardigio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis.

Ego Soffredus S. Mariæ in Via Lata diaconus cardinalis.

Ego Albinus Sanctæ Mariæ Novæ diaconus cardinalis.

Datum Veronæ per manum Hugonis notarii, v Idus Septembri, indictione tertia, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno tertio.

CLXI.

Privilegium pro ecclesia S. Evasii de Casali.

(Veronæ, Sept. 24.)

[De CONTI, *Memorie storiche di Casale*, I, 357.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis STEPHANO præposito ecclesiae Sancti Evasii de Casali ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis debet effectu prose-

quente compleri etc.... et ad exemplar prædecessorum nostrorum bonæ memorie Calixti, Paschalis et Innocentii Romanorum pontificum præsentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia vestia in præsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneat. In quibus hæc propriis duximus exp. imenda vocabulis :

Omnes ecclesias sitas in curia Casalis cum omnibus suis pertinentiis; ecclesiam Sancti Hilarii et domum laboris ecclesiastici; in Paciliano ecclesiam Sancti Germani, etc.; mansum Radulfi Quecea cum primitiis et tertia parte decimaru[m] totius loci Casalis, et tota decinia terrarum familiæ Sancti Evasii, et tota decima Braydarum episcopi, et quidquid ecclesia de Paciliano de jure vel longa consuetudine vestræ ecclesiae facere consuevit; villam Luvintini cum decimis et omnibus pertinentiis suis. In Sancto Georgio XIV mansos; sextamdecimam partem Torcelli et tenuimentum quondam Petri Crassi cum omnibus pertinentiis suis. In Montedote tres mansos. In Fraxineto mansum unum et dimidium. Sane novalium vestroru[m] quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas ause[re] præsumat. Liceat quoque urbis clericos vel laicos a sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem vestram recipere, et eos in ecclesia vestra sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratum vestrorum post factam in loco vestro professi nem, fas sit absque præpositi sui licentia de claustro d[omi]n[u]m scedere; discentem vero sine coniuncti litterarum cautione nullus audeat retinere. Chrisma vero, oleum sauetum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi a diecesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicas habuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis catholicum quæcunque malueritis adire antistitem, qui nimis nostru[m] scelus auctoritate, quod postulatur indulget. Obeante quoque te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subscriptionis astutia seu' violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Augustini Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfata ecclesiam semere perturbare, aut ejus possessiones

A auferre; vel ablatas reuinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis præfutura, salva diocesanæ episcopi canonica justitia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, etc.

Ego Lucius, Catholice Ecclesie episcopus.

Ego Joannes, presbyter cardinalis tit. Sancti Marci.

Ego Hubertus, preso. card. tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Pandulphus, preso. card. tit. Basilicæ XII Apostolorum.

Ego Theodorus, Portuensis et S. Rufinæ sedis B episcopus.

Ego Henricus, Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus, Ostiensis et Velletrensis episcopus.

Ego Ardicio, diac. card. Sancti Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diacon. card.

Ego Goffredus S. Mariae in Via Lata diac. cardinalis.

Ego Albinus, S. Mariae Novæ diac. card.

Datum Veronæ per manum Ilugonis, S. Romanae Ecclesie notarii, VIII Kal. Octobris., indict. tertia, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii pape III anno quarto.

CLXII.

Monasterii S. Petri Radoliensis protectionem suscipit bonaqua confirmat.

(Veronæ, Sept. 26.)

[*Bullarium Cluniacense*, 79.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis aliis Simoni priori monasterii Sancti Petri de Radolio, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuribus regularem vitam professis in perpetuum

Quoties a vobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et potentiam desideriis eongruam suffragium impetriri. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus elementer annuimus, et præstatum monasterium Sancti Petri de Radolio, quod ad Cluniacense monasterium spectare dignoscitur, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo præstatum monasterium situm est cum tota villa Radiensi et pertinentiis suis, et quidquid habetis iuxta confines ejusdem

villæ tam in bosco quam in plano, ecclesiam Sancti Stephani de Condeiacono cum decimis et duabus partibus tortellorum in crastino Natalis Domini, et candelorum in Purificatione Beatae Mariæ, capellam Sancti Martini in eadem parochia, novem arpenta pratorum inter eumdem et pontem de Conde, furnum et molendinum de firmitate Aunculfi, ecclesiam de Chaminiaco cum decimis et capella Beatae Mariæ Magdalene in eodem loco sita, tertiam partem decimarum de Lusenciacum cum aliis decimis et redditibus quæ in eadem parochia possidetis, molendinum unum apud Vavas cum prato quod Brubium dicitur cum hospitiis etiam et alijs redditibus et pratis, quæ habetis in parochiis de Chaminiaco et Lusentiaco, terras, aquas, prata, nemora et hospites quæ habetis apud Grupellarias, apud Canes-cellum, et apud Caminiacum octo sextaria avenæ quo redit Ausculfus de Marvo pro excambio molendini, ecclesiam de Chælliaco cum decimis et oblationibus, et quidquid habetis in eadē parochia, in terris et terragiis sive aliis redditibus, ecclesiam de Bussy cum decimis et duabus partibus candelarum in Purificatione Sanctæ Mariæ, et oblationum in Pascha, Nativitate Domini, et festo Omnium Sanctorum et S. Sulpicii, ecclesiam de Duciis cum tertia parte tortellorum in Nativitate Domini, et candelarum in Purificatione Sanctæ Mariæ, terram de Chalmot, nemus de Rugel, nemus Bulardi cum nemore de Molera in parochia de Stalda, dimidium molendinum, decimas, et alios redditus, terras, hospites, prata quæ habetis apud Tevians, decimam partem decimæ de Montiniaco ex ea parte aquæ quæ versus ecclesiam est exceptis aquis et vitiis, terram et prata de Usco, tertiam partem decimæ de Mesilam in blado cum tractu et tertiam partem minutarum decimarum, apud Lahamias terram arabilem cum viginti tribus denariis de censu, sex solidos de censu in ecclesia de Venderia, et undecim partes decimarum tam minutarum quam alias et tortellarum in Nativitate Domini, et omnes candelas in Purificatione Beatae Mariæ, exceptis duodecim et exceptis minutis decimis quatuor hospitum Sancti Faronis, terras, prata, homines seu hospites et redditus, quos in illa parochia habetis: tertiam partem decimarum de Huguerre, cum tertia parte tortellorum in Nativitate Domini, terras et hospites et redditus alios, quos habetis apud Leriacum; medietatem decimæ de Crespeel tractu apud Vendeul, tertiam partem decimæ Sancti Juliani cum tertia parte hospitum, atrii, et tortellarum, et quod habetis in decimis et redditibus apud Gandelus, dimidium modium frumenti in molendino de Trena, capellam B. Mariæ de Lisiaco cum tribus modiis frumenti, qui recipiuntur in molendinis ejusdem loci, et decem solidos cum duobus modiis vinagii et duobus decariis, unaquaque hebdomada in foro et cæteris ad eamdem capellam pertinentibus in eodem loco et apud Villeras, medietatem decimæ de blado cum tractu et unum

A septarium plus in singulis modiis, pecuniam quam habetis apud Asverias, apud Eschancru quatuor solidos de censu, de terra Salviniaci in ecclesia de Placeio quartam partem tortellarum et oblationum in Nativitate Domini, in Pascha, in festo Omnium Sanctorum, et Sancti Victoris, et duas paries decimarum, villam quæ dicitur Bennarim cum appendicis suis, et justitia, et quidquid habetis in hominibus, pratis, et censibus apud Congiacum et apud Uvivum, sextam partem decimæ de blado, apud Sanctipelliacum duos sextarios avenæ et duos de frumento cum terragio et censu, apud Orthobilium duas partes decimæ, quatuor sextarios frumenti qui debent recipi in grangia Sancti Faronis, apud Vanderiam pro encambio de Panchat. In civitate B Meldensi ecclesiam Sancti Christophori cum tertia parte oblationum in Nativitate, in Epiphania, in Pascha, in Pentecoste, in festivitate Omnium Sanctorum, in Purificatione vero Beatae Mariæ, in festo sancti Christophori tertiam partem candelarum; item in eadem civitate tertiam partem censutum, quos habent ex dono Wiardi de Venderia cum quibusdam censibus, dimidium modium bladi quem reddunt vobis leprosi ejusdem urbis, pro terra de Chamolt duas partes decimæ de Varena cum jure præsentationis, quod in eisdem ecclesiis habetis in villis etiam vestris, et hominibus liberam justitiam, sicut ab Ada vicecomitissa, et ab Hugone filio ejus scripto est authenticò confirmata, item decimam de Firmitate et de Canday tam in vino quam in grano. Villa Eleemosynarii, villarium cum justitia, villam de Vorpellariis cum justitia ex dono Agathæ, decimam de Chaviniaco, medietatem decimæ de Nucimento, molendinum de Vannis, boscum et hospites de Chasverel ex dono Radulfi de monte mirabili, allodium de Chamot cum appendicis suis, homines quoque et ancillas de Firmitate, sicut Hugo albus eos tenuerat, allodium de Pavant cum octo hospitiis, et justitia, et possessionibus eorum, decimam de Rutel, allodium de Crutis ex dono Willelmi Joharanni, terram et redditum de Freuceo ex dono Petri de Trema, et Simonis fratris sui, terram et hospites de Jorchem ex dono Reginaldi Gurdonis. Item terram, decimam, censu D et casamentum Aunculfi de Conde apud Lori et Tauro medietatem terræ, et grangiæ de Duciis, ex dono Roberti de Lisy, terram de Cusiis ex dono Roberti de Lisiaro Goonis, de Gaudi et Odonis de Stalda, decimam de Montiniaco, furnum de Gaudeluco et foragium ejusdem castri prædictæ comitissæ et Hungonis filii ejus, usum furni et domus sicut in authenticò eorum scripto continetur, in ecclesia Beatae Mariæ de Duciis quinque modios frumenti in Meldensi granario viginti solidos iis consuetudine quæ passagium dicitur, duos sextarios salis singulis annis, jus et domum, quæ juxta domum sita est ex dono prædictæ vicecomitissæ et filii ejus, mortuas etiam manus, et recognitiones servorum et ancillarum, quas Hugo albus dedit, apud Firmitates Ar-

culsi, sicut ipse tenuit capellam Sanctæ Mariæ de Monte Sereno cum appendiciis suis, et quidquid habetis, Naudelu, Choisy, et Cury decem solidos de Bernardo de Charon, quos sextarios frumenti apud Choisy quatuor sextarios bladi, in decima de Canos quidquid habetis apud Latingis, apud Currem ecclesiam ipsius loci cum præsentatione presbyteri, quidquid habetis apud Frenios, Trebure, Curtogis, castrum Theoderici, Varenas, Panant, Crutis, Neustorel, Cardulet, Villarium, Vestulum, Vuelli, Selonts, medietatem magni molendini, et quidquid habetis Buzæ Bivul, Premant, medietatem decimæ de Damant, et quidquid habetis apud Lury, Socom, et apud Villerslevast, quidquid habetis in firmitate Anculsi et finibus ejus ex dono predicitæ vieecomitissæ Adæ et Hugonis filii ejus, sicut in eorum scripto authentico continetur. Possessiones vero alias quas monasterium vestrum a quadraginta annis inconcusse possedit, et impræsentiarum sine controversia possidetis vobis nihilominus confirmamus.

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere aut extorquere præsumat, licetque vobis clericos vel laicos a sæculo fugientes, liberos et absolutos ad conversiones recipere, et eos absque contradictione aliqua remanere. Prohibemus insuper ne cui fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit absque prioris sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de codem loco discedere; discedentem, absque communium litterarum testimonio canonice nullus audeat recipere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis clavis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis suspensa voce divina officia celebrare. Inhibemus etiam ut intra fines parochiarum vestrarum nullus ecclesiam vel oratorium sine consensu diœcésani episcopi et vestro ædificare præsumat, salvis tamen privilegiis Romanorum pontificum: libertates præterea et immunitates vestrarum antiquas, et rationabiles consuetudines monasterio vestro concessas et hactenus observatas, ratae habemus, et eas futuris temporibus illibatas manere sancimus, sepulturam vero illius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usi-

A bus omnibus profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, diœcésani episcopi justitia, et Clunianensis monasterii debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, etc. Datum Veronæ per manum Hugonis sancte Romane Ecclesiæ notarii, vi Kalendas Octobris, in diectione iii, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus domini Lucii papæ III anno iv.

CLXIII

Privilegium pro Ecclesia Tarvisina.

(Veronæ, Oct. 1.)

[UCHELLI, Italia sacra, V, 530.]

Locus episcopus, servus servorum Dei, ven. fratri CONRADU Tarvisino episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

In eminenti sedis apostolicæ specula constituti fratres nostros episcopos, tam propinquos quam longe positos, fraterna debemus charitate diligere, et Ecclesiis quibus Domino auctore præcessa noscamus, paterna, sollicitudine providere. Eapropter, ven. in Christo frater Conrade episcope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam B. Petri Tarvisin., cui Deo auctore præcessa dignoscenis, ad exemplar felicis recordationis Eugenii pp. prædecessoris nostri sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio comibunimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fideliū, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Ecclesiam S. Mariæ de Asylo cum castro, curte, et omnibus pertinentiis suis, monasterium S. Mariæ de Muliano, etc. Omissis reliquis, quæ in bulla etiam Eugenii II supra relata (31) leguntur. Ecclesiam SS. Quadraginta cum pertinentiis suis. Hospitale S. Juliani de Fossapudia cum pertinentiis suis. Hospitale de Aceto cum pertinentiis suis. Hospitale de Mergara cum pertinentiis suis. Ordinationem monachorum, et clericorum pertinentium ad monasterium de Narvisia, et ad monasterium S. Fusca, et ad monasterium S. Martini, et ad monasterium S. Fumiæ, et ad monasterium de Cripignaga, et ad monasterium S. Elenæ de Tessara, qui debet recipere Tarvisinum episcopum in die festivitatis S. Elenæ, et ad monasterium de Piro, sicut hactenus fuisse noscitur observatum, tibi, tuisque successoribus auctoritate Apostolica confirmamus. Clerici vero prædictorum monasteriorum, qui miristrant populo. Tarvisini episcopatus, debent Tarvisino episcopo facere obedientiam, et tam ablates, quam eorum clerici interesse debent capitulis generalibus, decimas molendinorum de Plavi a Negrisia usque ad mare ecclesiam S. Stephani de Tarvisio,

(31) Vide Patrologia tom. CLXXX.

ecclesiam S. Viti, ecclesiam S. Augustini, ecclesiam S. Gregorii, hospitale S. Leonardi. Decernimus ergo, etc. Si qua, etc.

Ego Lucius catholice Ecclesie episcopus sub-scripsi.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufiæ sedis episcopus ss.

Ego Henricus Alban. episc. ss.

Ego Theobaldus Ostien. et Velletron. episc. ss.

Ego Joan. presbyt. card. titulo Sancti Marci ss.

Ego Laborans presb. card. Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Calixti ss.

Ego Hubertus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Damaso ss.

Ego Willermus Remorum archiep. tit. S. Sabinae card. ss.

Ego Pandulphus presb. card. tit. Basilicæ xu Apostolorum ss.

Ego Ardicio diac. card. Sancti Theodori ss.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani, diaconus cardinalis ss.

Ego Soffredus Sanctæ Mariæ in Via Lata diac. card. ss.

Ego Albinus Sanctæ Mariæ Novæ diac. card. ss.

Datum Veronæ, per manum Hugonis S. R. E. notar., Kal. Octob., ind. iii, Incarnat. Dom. anno 1184, pontificatus vero D. Lucii PP. III anno iv.

CLXIV.

Canonicorum Tarvisinorum possessiones ac privilegia confirmat.

(Verona, Oct. 1.)

[*Ibid.*, 533.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis aliis OBERTO decano ecclesiæ S. Petri Tarvisinæ, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, canonice substituendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, et ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et ad exemplar patrum et prædecessorum nostr. S. record. Eugenii et Alexandri PP. præfatam ecclesiam Sancti Petri, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti priuilegio communimus. Communem vero vitam, quam in eadem ecclesia obseruare promisistis, sedis apostolice auctoritate confirmamus, et ne cuiquam vestrum post factam præmissionem nisi obtentu religionis retro abire licet prohibemus, et si quis hoc attentare præsumperit ejusdem ecclesiæ beneficio privetur, nec aliquis, nisi qui hanc communem vitam se observaturum promiserit, in eadem ecclesia de cetero canonicus instituatur. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum justæ, ac canonice possidet, aut in futurum conces-sione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis, præstante

A Dominq, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant: in quibus hæc propriis duxiimus exprimenda vocabulis: Decimas, oblationes, primitias, sepulturas, et subjectiones capellanorum et clericorum in eadem civitate com-morantium, sicut eas quiete et canonice hacenus possedistis: ecclesiam S. Nicolai, quæ est sita in claustro vestro cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Joan. Baptiste, ecclesiam S. Joan. de Ripa cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Bartholomæi cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Sophiae, quæ est ex-tra muros civitatis cum pertinentiis suis, terras quas habetis in civitate Tarvisii ædificatas et inæ-dificatas, clausuram quam habetis juxta fossas ejus-dem civitatis, et terras quas habetis in..... mansos et terras quas habetis in Spauciano, et in Maltuco, et Ursinico, et Bauliaco, mansos quos habetis in Castaniola, mansos quos habetis in Malsago, et in Postomia, et in Musano, ecclesiam S. Bonæ cum pertinentiis suis et molendinis, ecclesiam S. Mariæ de Fontanis cum pertinentiis suis, et terram quam habetis juxta sedinem Pelagium de Spineta, mansos uos habetis in Lanzanigo, et Braida, et Macersida, et Luvidina, ecclesiam S. Pelagii de Aurinis cum pertinentiis suis, et mansos quos habetis in eodem loco, et terras, et decimas quas habetis in Ponzano, mausos quos habetis in Paduano, et in villa orba, et ad pedem montelli, mansos quos habetis in Storga, in villa pendula, et in Salimbercu, et locum ad mo-lendinum faciendum, mansos quos habetis in Car-bonara, villam Melimæ cum ecclesia S. Michaelis ejusdem villæ et tredecim rotis molendini cum perti-nentiis suis ibidem, mansos quos habetis in Campo storto, et in Lanzago, in Cunfo, in Nerbo-no, mansos quos habetis in Luvinia, et in ripa rupta, et severa, et terras quas habetis in Fuligno, mansos quos habetis in Dulson. Villam cum prato Gulzoli, ecclesiam S. Mariæ ejusdem villæ cum decimis et cæteris pertinentiis suis, mansum unum in curte natica, terras quas habetis in Mestre ædifica-tas, et inædificatas, mansos quos habetis in Zello, et nemus ibidem, terram cum vinea quam habetis in Cellarino, mansum unum in Brenulo, et unum mansum in Canollata, mansos, quos habetis in Burbiliaco, et terras quas habetis in Podenzano, et terras quas habetis in Scalitinico, et terras quas ha-betis in Carpino, ecclesiam S. Angeli cum suis per-tinentiis, mansum unum in Mediolantiis, ecclesiam S. Gervasii cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Vitalis cum pertinentiis suis, et mansos quos habetis ibidem, mansos quos habetis in Zero, mansos quos habetis in Canizano, et in Reveno, mansos quos habetis in Quinto, et in Cervaria, ecclesiam S. Chri-stinæ cum pertinentiis suis, et mansos quos habe-bitis ibidem, et in Tiverono, ecclesiam S. Andreæ de Cavasagra cum pertinentiis suis, mansum unum in puto bono, mansos quos habetis in Vedelago, mansos quos habetis in silva rotunda, villam Silvae-Rosse, et ecclesiam S. Andreæ, quæ in eadem villa

C mansos quos habetis in Carbona, villam Melimæ cum ecclesia S. Michaelis ejusdem villæ et tredecim rotis molendini cum perti-nentiis suis ibidem, mansos quos habetis in Campo storto, et in Lanzago, in Cunfo, in Nerbo-no, mansos quos habetis in Luvinia, et in ripa rupta, et severa, et terras quas habetis in Fuligno, mansos quos habetis in Dulson. Villam cum prato Gulzoli, ecclesiam S. Mariæ ejusdem villæ cum decimis et cæteris pertinentiis suis, mansum unum in curte natica, terras quas habetis in Mestre ædifica-tas, et inædificatas, mansos quos habetis in Zello, et nemus ibidem, terram cum vinea quam habetis in Cellarino, mansum unum in Brenulo, et unum mansum in Canollata, mansos, quos habetis in Burbiliaco, et terras quas habetis in Podenzano, et terras quas habetis in Scalitinico, et terras quas ha-betis in Carpino, ecclesiam S. Angeli cum suis per-tinentiis, mansum unum in Mediolantiis, ecclesiam S. Gervasii cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Vitalis cum pertinentiis suis, et mansos quos habetis ibidem, mansos quos habetis in Zero, mansos quos habetis in Canizano, et in Reveno, mansos quos habetis in Quinto, et in Cervaria, ecclesiam S. Chri-stinæ cum pertinentiis suis, et mansos quos habe-bitis ibidem, et in Tiverono, ecclesiam S. Andreæ de Cavasagra cum pertinentiis suis, mansum unum in puto bono, mansos quos habetis in Vedelago, mansos quos habetis in silva rotunda, villam Silvae-Rosse, et ecclesiam S. Andreæ, quæ in eadem villa

sita est eum pertinentiis suis, mansos quos habetis in Sobiolla, mansos quos habetis in Bassano, in Marmano, et Romano, et in Burso, et in Canili, et in S. Maria, et in Leudulis, et in Fonte, et in S. Zenone, mansos quos habetis in Asilo, in Braida, et in Maliagello, et in Nugaretto, mansos quos habetis in Montebeiluna, et inibus ejus : terras quas habetis in Triviniano, et in Casello, et in Pusnovo, mansos quos habetis in Dupladino, et in Segusino, et mansum unum in Vipicano, mansos quos habetis in Petrarubea, et in Fenario, et in Lano, mansos quos habetis in Auno, et in aliis locis per episcopatum Feltensem, et terras quas habetis in episcopatu Bellunensi ex dono ho. memi. Gregorii Tarvisini episcopi, omnem decimam totius terræ de Ciliiano, si quoquaque tempore fuerit laborata : præterea omnes decimas quæ in territorio urbis Tarvisii juri ejusdem ecclesiae dicatae esse noscuntur, quemadmodum prælibatus episcopus jam dictæ ecclesiae vestræ concessit, et scripto authenticō robورavit, nos cas vobis, et per vos eidem ecclesiae auctoritate apostol. nihilominus confirmamus. Plebem de Medulo cum decimis quas possidetis in eadem villa, ecclesiam S. Margaritæ de Petrarubea cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Antolini de Aspa, et mansos qui fuerunt de Vidoro canonico, et terram de Grintina. Sane quoniam per quosdam præpositos, qui curam honorum canonicæ vestræ gerebant, usque adeo distrahebantur bona prædicta, quod vix poterat ex eis congrue sustentari, ad tantum incommodum removendum cum venerab. fratre nostro Conrado episcopo vestro, et quibusdam alijs suis prædecessoribus communiter statuistis, ut unus ex vobis annis singulis assumatur, qui vice præpositi ad commodum vestrum ejusdem canonicæ bona dispenseat. Nos vestris postulationibus annuentes constitutionem ipsam ad exemplar ejusdem prædecessoris nostri Alexandri PP. auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum licet, etc. Si quis autem, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanen. episcopus.

Ego Thibaldus Ostien. et Velletri. episcopus.

Ego Joan. presb. card. S. Marci.

Ego Laborans presbyter cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim titulo Calixti.

Ego Willenus Remorum archiep. tit. S. Sabinæ card.

Ego Hubertus presbyter cardinalis Sancti Laurentii in Damaso.

Ego Gandulphus presb. card. tit. Basilicæ Duodecim Apostolorum.

Ego Arditio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Gratianus Sauctorum Cosmæ et Damiani diae. card.

(32) Tam miti vocabulo utitur pontifex ut etiam ecclesiæ epoliis aliorum locupletare ad studium et

Ego Soffredus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata.

Ego Albericus Sanctæ Mariæ Novæ diaconus cardinalis.

Datum Veronæ, per manum Ugonis S. Romanæ Ecclesiae notarii Kal. Octobris, indictione tertia, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno IV.

CLXV.

Monasterii S. Petri Viennensis protectionem suscipit.

(Fragmentum.— Veronæ, Oct. 23.)

[*Bosco, Floriac. Bibliothe., lxxv. xxi. 106.*]

Subscripterunt :

Joannes presbyter cardinalis TT. S. Mariæ.

Laborans presb. card. TT. S. Mariæ trans Tiberim.

Hubertus S. Laurentii in Damaso.

Theodinus Portuensis et S. Rufinæ episcopus.

Henricus Albanensis episcopus.

Theobaldus Ostiens. et Velti co.

Additio diae. S. Theodori.

Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diae.

Satredus S. Mariæ in Via Lata diae.

Albinus S. Mariæ Novæ diae. card.

Landus presb. card. TT. Basilicæ XII Apostolorum.

Dat. Veronæ per manum Hugonis sanctæ Romanæ Ecclesiae notarii, x Kal. Novemb., indictione III, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus anno IV.

CLXVI.

Privilegium pro Ecclesia Magdeburgensi.

(Veronæ, Oct. 25.)

[*Origin. Guelf., Praef., p. xxv.*]

Lecius episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri WICHMANNO Magdeburgensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Officii nostri debitum attendentes quo cunctis sumus in eo quod digne postulant debitores, illud specialiter cogitamus, ut in eos qui nobiscum vocati sunt in partem sollicitudinis grata semper et ubique solaria de nostræ fundantur plenitudine potestatis. Eapropter, dilecte in Domino frater, charitatis tuæ studium dignis in Domino laudibus prosequentes, quo videlicet ecclesiae tibi creditæ ita salubriter providisse dignosceris, ut digne in Domino commendabilis habearis, justis petitionibus libenter annuimus, et castrum Seburg, quod cum reliqua hereditate præfata ecclesiae contulisti, eidem ecclesiae auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti privilegio communimus; sicutque ut Sumersenburg quoque cum appendicis suis et Juterburg cum pertinentiis ejus, aliaque possessiones et prædia quæ prædictæ Magdeburgensi ecclesiae studium et industria tuæ sollicitudinis acquisivit (32), firma tibi et illi-

industriam sollicitudinis episcopalis referat. Non tamen, ut id obiter dicam, Henrici Leo. is filii hoc

bata permaneant, nec a dominio et proprietate ipsius temeraria qualibet crudelitate recedant. Quod ut cautius futuris semper temporibus observeatur, presenti constitutione decernimus, ut quicunque tibi archiepiscopali dignitate successerint, speciem exhibeant in susceptione pallii cautionem, quod ea a te relicta, vel inter vetustas ecclesiae possessiones inventa receperint sine apostolicæ sedis licentia et consilio majoris et senioris partis capituli, titulo quilibet alienare non debent, sed ea semper ad utilitatem Magdeburgensis ecclesie bona fide custodian et defendant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis et constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita; nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, posttatis bonorisque sui dignitate caret, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniunctate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiō subjaceat.

Cunctis autem eam servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius, catholicæ Ecclesie episcopus ss.

Ego Joannes, tit. Sancti Laurentii presbyter cardinalis ss.

Præceptio acquieverunt, aut sufficere illud ad roboram archiepiscopi injustam possessionem crediderunt. Potius sicuti juris naturalis esse novarent, ut injuste erupta ad iniquo possessore quovis tempore iterum revindicari queant, sic castrum Sunmerseburg præcise ab iisdem inter possessiones suas numeratum fuisse. inter alia documeta evincit charta divisionis quæ alias exhibetur; quippe qui illud ad Ottonis IV portionem hereditarianam pertinuisse edocemur. Neque est, ut hic immorigeros eos aut temperatores mandatorum pontificiorum fuisse existimes; etenim clausula: *Si preces veritate nitanter, quæ omnibus pontificiis rescriptis ex natura rei inest, has ipsas Wichmanni technas a primis suis initis irritas statim atque ipso jure nullas reddiderit, quia nec auditus Henricus Leo, de cuius corio fabula ludebatur, nec justus titulus, quo occupatio illa consolidaretur, in judicio allegatur, sed omnia a Wichmanno tumultuarie acta, atque hinc ipsa confirmatio pontificia, et jurisconsulti loquuntur, sub et obrepticie obtenta erat.* Locus quidem est ex ingenio magis quam rei veritate natus, quando direpta atque spoliata Henrici Leonis provinciæ sub equi lacerati et excarnitati pictura representantur; verissimum tamquam spectaculum exhibit ab uno latere ecclesiastici, ab altero sæculares quidam proceres his exuvias mirum in modum ditati. Cum non recess sit pictura, non metuendum foret, ut satiram scrupulose videbatur, qui explicationem Henningesianam ad sensum ejus rectius divinandum recitaret. Sed cum nullo prorsus sale condita sint epigrammata illa, nostris verbis pictam te-

A Ego Laborans, presbyter cardinalis Sanctæ Mariæ Transtiberim et Sancti Calixti.

Ego Hubertus, presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Paulus, presbyter cardinalis tit. Basilice Apostolorum.

Ego Conradus, Sabinensis episcopus et Moguntiane sedis archiepiscopus.

Ego Theodinus, Portuensis et Sanctæ Rufine sedis episcopus.

Ego Henricus, Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus, Ostiensis et Sanctæ Velletriensis Ecclesiae episcopus.

Ego Ardicio, diaconus cardinalis Sancti Theodori.

B Ego Gratianus, Sanctorum Cosmei et Damiani diaconus cardinalis.

Ego Soffredus, Sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis.

Ego Albinus, Sancte Marie Novæ diaconus cardinalis.

Datum Veronæ, per manum Hugonis, sancte Romanæ Ecclesie notarii, vii Kal. Novembris, indictione iii, Incarnationis Dominicæ 1184, pontificatus vero domini Lucii III papæ anno quarto.

CLXVII.

Privilegium pro monasterio SS. Petri et Pauli Munderienensis.

(Veronæ, Oct. 28.)

[Hundr. Metropol. Salzburg., II, 521.]

C *Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis HARTWICO, abbati Sancti Petri monasterii siti in*

bulam brevissimis explicabimus. A dextro igitur latere cernuntur quæ sibi vindicarunt 1º Moguntinus (quoniam falsa sit Henningesii opinio Eichfeldiam ex spoliis Leonis ab archiepiscopo jam acquisitam fuisse); 2º Coloniensis; 3º Paderbornensis; 4º Bremeris et Verdens's; 5º Halberstadiensis et Magdeburgensis (qui tamen minus recte in una persona conjunguntur, cum eterque sigillatim rationes suas ex hac calamitate plurimum auxerit); 6º Hildesheimensis; 7º Mindensis; 8º Lubecensis (quamvis non tam ad episcopum quam civitatem, quæ manc sui juris facta Casari sive duci intermedio subjecta esse coepit, cum ex proscriptione Henrici Leonis commoda illa provenerit, hujus jaētura inter spolia sacri ordinis antistitum minus recte mentio injiciatur). A levo latere repræsentantur, quæ ad processus sæculares devoluta sunt. Unde hic comparent insignia 1º Anhaltina sive Ascaniæ principum, ex quibus Bernardus primus post Henricum Leonem Saxoniæ dux; 2º Brunsvicensia (quod tamen valde ridiculum, cum Brunsvicenses propago sint Henrici Leonis, nec ex ejus infortunio creyerint); 3º Bavaria sive rectius Schiresia; 4º Palatina (item tamen lapsu manifesto, cum Palatinatus non Henrico Leoni sed filio ejus fuerit eruptus); 5º Holsatica 6º Misnensis; 7º Hassiaca (quæ tamen dominus tunc nondum nata, superstitibus adhuc Landgraviis Thuringiæ); 8º Goslariensis. Sed hæc de signitate Henningesiano dicta sufficiant, quod cum minus accurate rem explicit, multa etiam dicenda plane prætermittit, non recitasse, nisi figuram intra typis æneis expressam verbo illustrandam censuisse.

Joco qui vocatur Monasterium, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Justis votis assensum præbere, et justis petitionibus aures accommodare nos convenit, qui scilicet indigni justitiae custodes atque præcones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi, Domino disponente, conspicimur. Quapropter, dilecte in Domino filii Hartwice abbas, tuis postulationibus debitæ charitatis affectione accommodamus assensum, et monasterium Beati Petri cui, Deo auctore, præsides, in tutelam et protectionem sedis apostolicæ suscipientes, per præsentis scripti privilegium communimus. Imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus secundum beati Benedicti Regulam inibi institutus, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Domino volente, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Duas videlicet partes decimarum et oblationum de duabus parochiis, scilicet Altenhoven et Menching, quæ ad præfatum monasterium pertinere noscuntur. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas præsumat exigere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post iactam in loco vestro professionem, fas sit absque abbatis sui licentia de claustrō vestro discedere, discedentem vero sine communione litterarum canticone nullus audeat retinere.

Interdicimus etiam ut nullus monasterium vestrum vel homines ad ipsum spectantes, occasione advectionis nequiter inquietare vel injustis audeat exactionibus molestare. In parochialibus autem ecclesiis quas habetis, liceat vobis quatuor vel tres eligere sacerdotes, qui nihilominus diocesanò episcopo præsententur, ut ab eo curam recipient animarum, et illi de spiritualibus, vobis autem de temporalibus et ordinis observantia debeant respondere. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum qualibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres unanimi consensu vel fratrum pars consilii senioris secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva justitia matricis ecclesie.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia

A **integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; salva sedis apostolicæ auctoritate et dioecesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sœularisve persona, etc.**

S. PETRUS, S. PAULUS.

Ego Lucius, catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Joannes, presbyter cardinalis tit. Sancti Marci.

Ego Laborans, presbyter cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Hubertus, presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Damaso.

Ego Theodinus, Portuensis et. S. Rufinae sedis episcopus.

Ego Henricus, Albanensis episcopus.

Datum Veronæ, per manum Hugonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ notarii, v' Kalend. Novemboris, indict. III, anno Domini 1184, pontificatus vero domini Lucil papæ tertii anno IV.

CLXVIII.

Ecclesiam Feltrensem tuendam suscipit, ejusque possessiones et privilegia confirmat, peten'e Drudone episcopo.

(Veronæ, Oct. 29.)

[*VERCI, Storia della Marca Trivigiana e Veronese, t. I, p. 33.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilis frat. DRUDONI, Feltrensi episcopo, ejusque successoribus canonice substituendia, in . . .

In eminentiis apostolicæ sedis specula, disponente Domino, constituti, fratres nostros, tam propinquos quam longe positos, fraterna debemus charitate diligere, et Ecclesiis sibi a Deo commissis paterna sollicitudine providere. Eapropter, venerabilis in Christo frater episcope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Feltrensem Ecclesiam, cui, auctore Deo, præesse dignosceris ad exemplar felicitis record. Anastasii prædecessoris nostri sub B. Petri et nostra protectione suspicimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadē Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poteris adipisci, firma tibi itisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc duximus propriis exprimenda vocabulis:

Possessiones quas habetis in Pergino, in Levigo, in Calcedaniga, in Lavaron, et Ravesia; Suvia, in Alsugo, in Tongeno, et per totam vallem Suganam, tam in castris quam in villis pertinentibus ecclesiæ, in Grino, in prato Imolano, Crivilis, quos habetis in canale Brente, possessiones quas habetis in Lamone, in Primiero cum omni jure quod ibi habetis, possessiones quas habetis in plebe Arsedi, et in plebe Fungasi, et in plebe Sini, et in cunctis villis

Aexistentibus in planicie civitatis Felt, possessiones **quas** habetis ultra flumen Cantani, cum castro Tocho in plebe de Ceto, in plebe de Formicano, et quidquid habetis in valle Belluni cum jure, quod habetis in canale Plavis tam in montibus, quam in planitiis; possessiones, et jura, quæ habetis in Masserio cum castro ejusdem loci, et possessionibus Malzagi, et aliis omnibus quæ habetis in comitatu Tar., et quidquid juris habetis in civit. Felt., et Soro, et aliis locis, cum terris, ædificiis, vineis, pratis, pascuis, campis, silvis, placitis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, punctionibus, montibus, vallibus, herbaricis cultis et incultis, cum teloneo S. Victoris, et omnium SS., cum teloneo Cuvoli de Brenta, et Sori civitatis; quidquid etiam bonæ memoriæ rex Couradus ecclesiæ tuæ justè concessit, et authentici scripti sui pagina roboravit ratum et inconvulsu perpetuis temporibus perhanere sancimus. Prohibemus insuper ut proprios præsentis ecclesiæ famulos contra voluntatem episcopi ejusdem loci retinere, vel manutenerem, nemo præsumat. Libertates præterea, et immunitates a charissimo in Christo filio nostro Frederico, Roman. imperatore, ecclesiæ tuæ rationabiliter concessas, sicuti in ejus scripto authenticò plenius continetur, ratas habemus, et eas futuris temporibus illibatas manere sancimus.

CDecernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfata ecclesiam temere perturbare, aut eis possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, et Aquil. patriarchæ debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, etc.

Ego Lucius, catholicæ Ecclesiæ episcop.

Ego Joannes, presbyter cardinalis tit. S. Marci.

Ego Laborans, presb. card. S. Mariæ Transtiberim,

Ego Ubertus, presb. card. titulo Jerusalem in Damaso.

Ego Pandulfus, presb. card. titulo Basilice XII Apost.

Ego Theodinus, Portuensis et S. Rufinae sedis episcopus.

Ego Henricus, Albanensis episcop.

Ego Theobaldus, Ostiensis et Velletrensis episcop.

Ego Arditi, diaconus card. S. Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Sofredus, S. Mariæ in Via Lata diaconus cardinalis.

Ego Albinus, S. Mariæ Novæ diacon. card.

Dat. Veronæ, per manum Ugonis, S. R. E. not., iv Kal. Nov., iud. iii, Incarn. Dom. anno 1184, pontif. vero dom. Lucii papæ III anno iv.

CLXIX.

Privilegia et possessiones abbatiæ Corbeiensis confirmata.

(Veronæ, Oct. 29.)

[FALKE, Cod. Trad. Corb., p. 741.]

BLUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis CONRADO, Corbeiensi abbatii, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Justitia ratio exigit et apostolicæ sedis benignitas depositit ut personis et locis beato Petro speciaлиus adhærentibus et in sancte Romanæ Ecclesiæ fidelitate atque obedientia devotius permanentibus, protectionis nostræ manum abundanter extenda mus atque illis sua jura et collatas dignitates benignitate debita conservemus. Eapropter, dilecte in Christo fili Conrade Corbeiensis abbas, devotionem quæ erga sedem apostolicam geris diligentius attendentes, dignitatem prædecessoribus tuis per nostrorum prædecessorum Romanorum pontificum privilegia traditam nos quoque propitiante Domino, inconvulsam volumus conservari. Quocirca præsentis decreti auctoritate concedimus te in præcipuis solemnitatibus sandaliis et dalmatica uti, juxta altare sedere, populum infra commissum tibi monasterium vel prioratus conventuales quæ pertinent ad animæ salutem docere; præterea usum mitræ et annuli in iisdem solemnitatibus tam tibi quam tuis successoribus, Dei et apostolicæ sedis clementia, perpetuis temporibus indulgemus, sicut prædecessoribus tuis a Romanorum pontificibus est concessum. Ipsum præterea Corbeiense monasterium, cui, Deo auctore, præesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimentia vocabulis.

Decimam videlicet de curia Luithardessen, de curiam de curia Beneringen, decimam de curia Dasborg, decimam de curia Mullenhusen, decimam de curia Heldorp, decimam de curia Munden, decimam de curia Boderike, decimam de curia Mülichusen, decimam de curia Bederinkhusen, decimam de curia Wnelage, decimam de curia Homburstelde, decimam de curia Nienstede, decimam de curia Wolkarese, decimam de curia Luitharesun, decimam de curia Luitheressen, decimam de curia Ercien, decimam de curia Brunielinktorp, decimam de curia Leziaci, decimam de curia Castinaci, decimam de curia Hostepe, decimam de curia Nutblon, decimam de curia Keflike, decimam de curia Nen, decimam de curia Croppenstide, decimam de curia Hemmenthorp, decimam de curia

Holthusen, decimam de curia Gruming. In Frisia, quādām possessionem quæ vocatur Nerthen, et in eodem loco ecclesiam de Lingvord, insulam Ruinenam et pescationem Hocwar. Concedimus etiam ut omnia quæcunque in tui memoriam vel jam constitueristi, vel in posterum es constiturus, vel alii ante constituerunt vel post te constituti sunt, nullus immutare vel auferre præsumat sine communi fratribus consensu. Statuimus quoque ut quicunque abbas castrum Wilborg, quod tu ad defensionem Corbeiensis ecclesiæ munivisse videris, in beneficium alicui conoesserit anathematis vinculo, donec resipuerit, teneatur. Sancimus etiam ut ipsum monasterium nulli omnino personæ in beneficium quibuslibet occasionibus aliquando concedatur, sed semper sub protectione Romanorum pontificum atque imperatorum vel regum defensione permaneat; adjicientes quod monasterium Heresburgum decimam circa montem per duas Saxonicas rastas, sicut a beatæ memorie Leone papa ex petitione Caroli magni imprimis qui ipsum montem expugnaverat collata noscuntur, monasterium quoque in Groninga, et monasterium in Keminate nunquam ab eodem Corbeiensi alienentur coenobio, sed per ipsius loci abbatem semper regantur, et salubriter sub monasticæ disciplinæ Regula ordinentur, nec alicui facultas sit quidquam de bonis eorumdem trium monasteriorum ad usus et præbendam Domino inibi famulantium pertinentibus committare, in beneficium concedere vel alienare, sine assensu fratrum in eisdem coenobiis manentium, favore Corbeiensis capituli. Volumus etiam ut præpositura clericorum ecclesiæ Sancti Pauli, quæ vocatur Nova ecclesia, sub ejusdem Corbeiensis abbatis ordinatione, sicut hactenus, semper constet, nec abbati vel præposito liceat canonicorum præbendas absq[ue]c clericorum conniventia in beneficium conferre, seu commutare atque distrahere. Præterea constituimus ut infra ambitum muri sepe memoriati Corbeiensis monasterii nemo clericorum vel laicorum jure proprietatis vel beneficii mansionem aliquam ullo tempore habeat, sed totus ipsius loci ambitus abbatis, monachorum et aliarum religiosarum personarum usibus et habitationibus pateat. Prohibemus autem ut in eodem monasterio nulli episcoporum, præter Romanum pontificem, liceat quamlibet jurisdictionem habere, ita ut nisi ab abbe illius monasterii fuerit invitatus, nec missarum solemnia ibidem celebrare præsumat. Ut igitur hæc omnia quæ supra diximus plenum in posterum robur obtineant, sicut in authenticis prædecessorum nostrorum privilegiis continentur, tam tibi quam successoribus tuis ea favoris nostri auctoritate confirmamus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur eorum, pro quorum

A gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, etc.

Ego Lucius, catholice Ecclesiæ episcopus,

Ego Joannes, presb. card. tit. S. Marci

Ego Laborans, presb. card. tit. Sanctæ Mariæ Transiberim.

Ego Hubert. presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Pandulphus, presb. card. tit. Basilice XII Apostolorum.

Ego Conradus, Sabinensis et Moguntinæ sedis archiepiscopus.

Ego Theodinus, Portuensis et S. Rufinæ sedis episcopus.

Ego Henricus, Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus, Ostiensis et Velletronensis episcopus.

Ego Arditio, diac. card. tit. S. Theodori.

Ego Gratianus, tit. SS. Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Sofredus, tit. S. Mariæ in Via Lata diac. card.

Ego Albinus, tit. S. Mariæ Novæ diac. card.

Datum Véronæ, per manum Hugonis sanctæ Rosmariae Ecclesiæ notarii, iv Kal. Novemb., indict., iii, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno iv.

CLXX.

Privilegium pro ecclesia S. Martini Turonensis.

(Veronæ, Oct. 30.)

[*Défense de l'église de Saint-Martin de Tours, 25.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri W[ILLEM]O Remensi archiepiscopo Sanctæ Sabinæ cardinali, apostolicæ sedis legato, et dilecto filio. . . . abbati Majoris-Monasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum olim ad audientiam nostram Ecclesiæ Beati Martini Turonensis querimonia pervenisset super conjuratione, quam sub appellatione communis vel communis sacramenti a burgensibus Castrinovi factam eadem Ecclesia proponebat, dilectis filiis nostris canoniciis ejusdem Ecclesiæ liberaliter dedimus auctoritate apostolica facultatem, ut si qui de actoribus ipsius conjurationis existarent qui eam abjurare commoniti recusarent, eos cum fautoribus suis, appellatione remota, vinculo anathematis innodarent. Illi vero sicut burgenses asserunt, fines hujus indulgentiæ prætergressi, in eisdem minus canonice commonitos, sententiam dicuntur anathematis promulgasse; cum burgenses parati essent, sicut adhuc existere perhibentur, apostolicum observare mandatum; quamvis canonici e contrario asseverent se ad illam sententiam, servato tenore indulgentiæ, processisse, unde ne absolutio in eorum qui ligati dicuntur periculum pro. . . . volumus, firmiterque mandamus quatenus, recepta ab eis qui excommunicati te-

nentur juratoria cautione, quod nostro debeat parere mandato, ipsos, appellaticne remota, a vinculo sententiae hujus nostra sulti auctoritate solvatis, et per dioeceses, in quibus excommunicati denuntiati sunt, solutos denuntiari publice faciatis, ac deinde inter praedictos canonicos et burgenses pacem reformare sollicite laboreatis. Quod si pax pervenire non poterit, praefatos burgenses, juxta formam indulgentiae cuius auctoritate sententiam canonici protulerunt, nostro parere mandato, nullius appellatione obstante rationabiliter compellatis. Quod si aliqui ex eis juramentum se praestasse negaverint, de praefata communia vel conjuratione, quounque nomine censeatur, jurent se illud non jurasse, nec esse de cetero juratores. Quod si mandato nostro super his parere noluerint, sublato appellationis obstaculo, per excommunicationis sententiam eos tanquam contumaces districtius compellatis. Si vero inter se invicem de damnis et iugis irrogatis binc inde duxerint disceptandum, causam ipsam convocatis partibus audiatis, et eam, appellatione remota, fine canonico terminetis. Quod si in absolutione quam diximus et absolutionis denuntiatione facienda ambo nequiveritis interesse, alter vestrum et nuntius absentis cum litteris ejusdem, appellatione remota, ea nibilominus exsequantur. In aliis vero articulis frater archiepiscopus collega tuus sine tua praesentia non procedat, nullis obstantibus litteris, si quae fuerint sine assensu partium contra barum tenorem a sede apostolica impetratae.

Datum Veronæ, III Kal. Nov.

CLXXI.

Decretum contra haereticos.

(Veronæ? Nov.?)

[MANSI, Concil., XXII, 476.]

Ad abolendam diversarum haeresum pravitatem, quæ in plerisque mundi partibus, modernis coepit temporibus pullulare, vigor debet ecclesiasticus excitari: cum nimium, imperialis fortitudinis suffragante potentia, et haereticorum protervitias in ipsis falsitatis sua conatibus [al. in pravis falsitatibus sive conatibus] elidatur, et catholicæ simplicitatis veritas in Ecclesia sancta resplendens, eam utique demonstret ab omni execratione falsorum dogmatum expiatam. Ideoque nos, charissimi filii nostri Friderici illustris Romanorum imperatoris, semper Augusti, praesentia pariter et vigore suffulti, de communi consilio fratrum nostrorum, nec non aliorum patriarcharum, archiepiscoporum, multorumque principum, qui de diversis mundi partibus convenerunt: contra ipsos haereticos, quibus diversa vocabula [al. capitula] diversarum indidit professio falsitatum, praesentis decreti generali sanctione consurgimus, et omnem haeresim, quounque nomine censeatur, per hujus constitutionis seriem, auctoritate apostolica condemnamus.

In primis ergo Catharos, et Patarinos, et eos qui se Humiliatos, vel Pauperes de Lugduno, falso

A nomine mentiuntur, Passaginos, Josepinos, Arnaldistas, perpetuo decerimus anathemati subjacere. Et quoniā nonnulli sub specie pietatis, virtutem ejus, juxta quod ait Apostolus, denegantes, auctoritatem sibi vindicant praedicandi, cum idem Apostolus dicat: *Quomodo praedicabunt, nisi militantur?* (Rom. x) omnes, qui vel prohibiti, vel non missi, praeter auctoritatem ab apostolica sede, vel episcopo loci susceptam, publice vel privatim praedicare presumperint; et universos, qui de sacramento corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, vel de baptisme, seu peccatorum remissione, aut de matrimonio, vel de reliquis ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire aut docere non metuunt quam sacrosancta Romana Ecclesia praedicat et observat, et generaliter quoscunque eadem Romana Ecclesia, vel singuli episcopi per dioeceses suas, cum consilio clericorum, vel clerici ipsi, sede vacante, cum consilio, si oportuerit, vicinorum episcoporum, haereticos judicaverint, pari vinculo perpetui anathematis innodamus. Receptores et defensores eorum, cunctosque pariter qui praedictis haereticis ad fovendam in eis haeresis pravitatem, patrocinium praestiterint aliquod, vel favorem, sive Consolati, sive Credentes, sive Perfecti, seu quibuscumque superstitionis nominibus nuncupentur, similiter decernimus subjacere sententiae.

Quia vero peccatis exigentibus quandoque contingit, ut ecclesiasticæ severitas disciplina, ab iis qui virtutem ejus non intelligunt, condemnetur, praesenti nibilominus ordinatione sacrimus ut qui manifeste fuerint in supradictis erroribus deprehensi, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fucatus, totius ecclesiastici ordinis prærogativa nudetur: et sic omni pariter officio et beneficio ecclesiastico spoliatus, secularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendus, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fiduci catholicæ unitatem sponte recurrere, et errorem suum, ad arbitrium episcopi regionis, publice consenserit abjurare, et satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem quem aliqua praedictarum pestium notoria vel privata culpa resperserit, nisi prout dictum est, abjurata haeresi, et D sat satisfactione exhibita, confessim ad fidem confugebit orthodoxam, secularis judicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultiōrem.

Qui vero inventi fuerint sola Ecclesiæ suspicione notabiles, nisi ad arbitrium episcopi, juxta considerationem suspicionis qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, simili sententiae subjacebunt. Illos autem qui post abjurationem erroris, vel postquam se, ut diximus, proprii antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjurata haeresi recidisse, seculari judicio, sine ulla penitus audience, decernimus relinquendos, bonis damnatorum, ecclesiis quibus deserviebant, secundum

sanctiones legitimas applicandis.

Sane prædictam excommunicationem, cui omnes cupimus hæreticos subjacere, ab omnibus patriarchis, archiepisc., episc. in præcipuis festivitatibus, et quoties solemnitates habuerint, vel qualibet occasione, ad gloriam Dei et reprehensionem hæreticæ pravitatis, decernimus innovari; auctoritate apostolica statuentes ut si quis de ordine episcoporum negligens in his fuerit vel desidiosus inventus, per triennale spatium ab episcopali habeatur dignitate et administratione suspensus.

Ad hæc, de episcopali consilio et suggestione culminis imperialis, et principum ejus, adjecimus ut quilibet archiepiscopus vel episcopus, per se, vel archidiaconum suum, aut per alias honestas idoneasque personas, bis vel semel in anno parochiam in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat; et ibi tres vel plures boni testimonii viros, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam jurare compellat quod si quis ibidem hæreticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vita et moribus dissidentes, eos episcopo vel archidiacono studeat indicare. Episcopus autem seu archidiaconus ad præsentiam suam convocet accusatos: qui, nisi se ad eorum arbitrium juxta patriæ consuetudinem ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, episcoporum judicio puniantur. C Si qui vero ex eis jurationem superstitione damnabili responentes, jurare forte noluerint, ex hoc ipso hæretici judicentur, et poenis quæ prænomina sunt percellantur.

Statuimus insuper ut comites, barones, rectores, consules civitatum et aliorum locorum, juxta commonitionem archiepiscoporum et episcoporum, præstito corporaliter juramento promittant quod in omnibus prædictis fortiter et efficaciter, cum ab eis fuerint exinde requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, et eorum complices adjuvabunt, et studebunt bona fide juxta officium et posse suum, ecclesiastica similiter et imperialia statuta, circa ea quæ diximus, executioni mandare. Si vero id observare noluerunt, honore quem obtinent spolienerunt, et ad alios nullatenus assumantur, eis nihilominus excommunicatione ligandis et terris ipsorum interdicto Ecclesiæ supponendis. Civitas autem quæ his decretalibus institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio civitatum et episcopali se noverit dignitate privandam.

Omnes etiam fautores hæreticorum, tanquam perpetua infamia condemnatos, ab advocatione et testimonio et aliis publicis officiis decernimus repellendos. Si qui vero fuerint qui, a lege diœce-

A sanæ jurisdictionis exempti, soli subjaceant sedis apostolicæ potestati, nihilominus in iis quæ superius sunt contra hæreticos instituta archiepiscoporum vel episcoporum subeant judicium, et eis in hac parte, tanquam a sede apostolica delegatis, non obstantibus libertatis suæ privilegiis, obsequantur.

CLXXII.

Gabrieli præposito et canonice Aquileiensis Ecclesiæ quæ jam Alexander III papa confirmaverat (33), eudem et iisdem verbis asserit privilegia, his paucis mutatis: « Præterea, sicut Burkardus, Aquileiensis Ecclesiæ advocatus, et postea Henricus placitum advocatione in munibus bonæ memoriae patriarchæ Ulrici refutarunt pro se, » etc.

(Veronæ, Nov. 9.)

[UCUELLI, *Italia sacra*, V, 76.]

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Joannes presb. card. tit. S. Marci.

Ego Laborans presb. card. Sanctæ Mariæ Transiberter tit. Callisti.

Ego Ubertus tit. S. Laurentii in Damaso presb. card.

Ego Pandulphus presb. card. Basilicæ XII Apostolorum.

Ego Ardicio diaç. card. S. Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diaç. card.

Ego Conradus Sabinen. episcopus, Maguntiæ sedis archiepiscopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis et Veltiernensis episcopus.

Ego Albinus diaç. card. S. Mariæ Novæ.

Ego Sofredus S. Marie in Via Lata diaç. card.

Datum Veronæ, per manum Ugonis S. Romanæ Ecclesiæ notarii, v Idus Novembris, indict. III, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero D. Lucii papæ III anno IV.

CLXXIII.

Ad capitulum Rothomagense. — Gratiam habet electionem factam de Lincolniensi episcopo in Rothomagensem archiepiscopum.

(Veronæ, Nov. 17.)

[MARTEN. *Anecd.* I, 622.]

Lucus episcopus, servus servorum Dei, dilectus filii decano et capitulo Rothomagensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Misistis ad nos dilectos filios nostros magistrum Hubertum, archidiaconum Ebroensem, et Eliam Ecclesiæ vestræ canonicos; quos quidem eo honore suscepimus, quem et vestræ devotionis et propriæ honestatis intuitu decuit exhiberi. Petitiones vero eorum debita benignitate recepimus, et quanto secundum Deum et justitiam potuimus, volutum perduximus ad effectum. Sane electionem venera-

(33) Diploma Alexandri III datum est anno 1176, Jul. 5. Vide *Patrologia* tom. CC.

bilis fratri nostri Lincolniensis episcopi, unanimi vestræ universitatis assensu debito ordine celebratam, gratanter admisisimus, eo proniorem imperientes assensum quod personam memorati episcopi ferventiori charitate diligimus, et promotioni ejus et honori amplius intendimus, auctore Domino, providere. Pallium vero, plenitudinem pontificalis officii, ad vestræ postulationis instantiam, per dilectum filium Hubaldum subdiacorum nostrum curavimus destinare. Præfatum itaque Hubaldum, quem charum habemus admodum et acceptum, benigno accipiatis affectu, et pro reverentia beati Petri et nostra honorem ei debitum impendatis, et habeatis ipsum propensius commendatum.

Datum Veronæ, xv Kal. Decembbris.

CLXXIV.

Ordinis Cisterciensis abbatibus concedit et ut nulli omnino liceat in eas vel monasteria eorum seu fratres inibi constitutos excommunicationis vel suspensionis seu interdicti sententiam promere, neve abbates ullam professionem facere compellantur.

(Veronæ, Nov. 21.)

[MARIQUE, *Annal. Cisterc.*, III, 151.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati Cisterciensi et universis coabitibus ejus, sub eodem ordine Domino servientibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Monasticæ sinceritas disciplinæ, quam in puritate ordinis quem tenetis, æterni Conditoris prævidentia restauravit, illam semper invenit in apostolica sede clementiam, quia et vobis in Domino accrésceret propositum virtutis, et aliorum devo-tio vestris provocaretur exemplis, ut per cœlestium semi:am mandatorum ad propositum feliciter bra-vium festinaret. Inter cætera vero, licet ordo ve ster ea se servaverit episcopis humilitate subje-ctum, ut salvis originalibus institutis, eorum semper vellet magisterio subjacere, illud tamen hactenus de favore et protectione apostolicæ sedis obtinuit ut nullus in monasteria vel abbates ordinis memorati quamlibet ecclesiasticam sententiam promeret; vel personas in eodem ordine constitutas excommunicationis, vel suspensionis, seu interdicti pronulgatione gravaret.

Quia vero refrigescente charitate multorum, usque adeo malitia noscitur abundasse, ut nonnulli eorum, qui Ecclesiis Dei modernis temporibus sunt prælati, transgrediantur terminos ab antiquioribus consti-tutis, et in vestrum specialiter ordinem inde- liam
 exercere non dubitant ultiōnem, præsentium litterarum inscriptione statuimus et auctoritate apostolica confirmamus, ut nulli omnino liceat in vos vel monasteria vestra seu fratres inihi constitutos contra id quod ab origine ordinis noscitur observatum, excommunicationis vel suspensionis seu interdicti sententiam promere. Quam, si deprompta fuerit, auctoritate apostolica decernimus non tenere. Adjicientes quoque decernimus

A ut archiepiscopi et episcopi in replendis profes-sionibus, quæ a benedictis vel a benedicendis ab-batibus exhibentur, ea sint forma et expressione contenti quæ ab origine ordinis noscitur instituta, scilicet, ut abbates ipsi, *salvo ordine suo*, profiteri debeant, et contra instituta ordinis nullam pro-cessionem facere compellantur. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ constituatio-nis et confirmationis infringere, vel ei ausu teme-rario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-sumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beato-rum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit, incursurum.

Datum Veronæ, xi Kalendas Decembbris, ponti-ficatus ejusdem domini papæ Lucii anno III.

CLXXV.

Privilegium pro congregations Veronensi.

(Veronæ, Nov. 22.)

[UCHELLI, *Italia sacra*, V, 801.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis SICHERIO archipresbytero congregationis Ve-ronæ, ejusque fratribus, tam præsentibus quam fu-turis, in perpetuum.

Quoties, etc., illibata permaneant. In quibus ha-
vobis propriis duximus exprimenda vocabulis. Ter-ram in castro Victoris, terram Roverinæ, terram Piscantinæ, terram Bondis, terram Valdesassæ, ter-ram Casanæ, terram Averæ, terram Saxi, terram Subclevæ, terram S. Mariae in Stellis, terram Po-lanæ, terram Montisauri, terram Novalis, terra illasii, terram Calegnolæ, terram Porcillis, terram Pupeclare cum decimis suis, terram Leniaci, Mara-liscam cum omni jurisdictione sua, Cavaredum cum decima sua, ecclesiam S. Georgii cum perti-nentiis suis, ecclesiam Omnim Sanctorum cum per-tinentiis suis, ecclesiam S. Marci cum perti-nentiis suis, ecclesiam SS. Jacobi et Philippi cum pertientiis suis, terram Tumulæ, terram, quæ est ad Crucem Maraticam. Quia vero tam in vetere, quam nova lege justitiae ecclesiæ noscun-tur esse concessæ, sub anathematis interminatione prohibemus, ne ullus laicus a vobis decimas exige-re præsumat. Inhibemus quoquo ne quis in vos,

D vel ecclesiæ vestras sine manifesta et rationabili causa excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgare audeat, etiam antiquas libertates quo-que, et immunitates in ecclesiæ vestris rationa-biliter vobis concessas, et hactenus observatas ra-tas habemus, easque in futuris temporibus illibata-manere censemus. Interdicimus insuper ne ali-quis novas, et indebitas exactiones vobis, vel ecclesiæ vestris imponat. Decernimus ergo, etc., salva sedis apostolice auctoritate, et diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus subsc.

Ego Joannes presb. card. tit. S. Mariæ subsc.

Ego Laborans presb. card. tit. S. Mariæ Transi-berim tit. Callisti subsc.

Ego Ubertus, tit. S. Laurentii in Damaso presb. card. subsc.

Ego Pandulphus, presb. card. tit. Basilice XII Apostolorum.

Ego Albanus, S. Marie Novæ diac. card. subsc. Ego Ardicio, S. Theodori diac. card. subsc.

Ego Sofredus, S. Mariæ in Via Lata diac. card. subsc.

Ego Theodinus, S. Rufine Sedis Apostolice card. episcopus.

Ego Henricus, Albanus episcopus.

Ego Theobaldus, Ostiensis episcopus sa.

Ego Octavianus, SS. Cosmæ et Damiani diac. card. subsc.

Datum Veronæ, per manum Ugonis, S. R. E. notarii, x Kal. Decembris, indictione III, Incarnationis Dominicæ anno M184, pontificatus vero D. Lucii papæ III anno quarto.

CLXXVI.

Privilegium pro ecclesia S. Ursi de Augusta.

(Veronæ, Nov. 29.)

{Hist. patriæ Monum., Chartæ, I, 933.}

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GONTERO priori et canonicis Ecclesiae Sancti Ursi de Augusta, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor postulat æquitatis et ordo exigit rationis, præsumtum quando potentium voluntatem et pietas adjuvat, et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam Sancti Ursi de Augusta ecclesiam in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus et præsentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini Regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcumque possessiones, quæcumque bona in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidicium, seu alia justitia modis, præstante Domino poterit adipisci, sanna vobis vestriaque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc proprijs duaimus exprimenda vocabulis:

Locum ipsum in quo præfata ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis; terram quam dedit vobis Vuilleknus de Palatio; terram quam Vuilenkus Morauti vobis dedit; terram quam dedit vobis Albor et Maria mater ejus, et alpem de Gerzola et de Terre, decimas de Thaone, et de Ouri, et de Varaia, et decimam vineæ jacentis inter hospitale et vicum Clementis, et illius quæ jacet inter Viridarium et Arcum, et decimam de Morgi et de Liverogni et de Aruer, et alias quas alibi habetis. Ad hæc ne aliquis laicus res vestras rapere vel invadere, seu homines ecclesiam vestram capere, aut vel ipsos ho-

A mines vestros talibus, vel exactionibus iudebito gravare præsumat, sub intermissione anathematis prohibemus. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit sine prioris sui Heentia de eodem loco, nisi arctioris religionis obtenui discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. In ecclesiis autem quas habetis, liceat vobis tres vel quatuor de fratribus vestris ponere quorum unum diœcesano episcopo præsenteritis qui ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus ei ordinis observantia debeat respondere. B Sepulturam præterea ecclesiae vestre liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeiri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia ecclesiarum illarum a quibus corpora mortuorum assumuntur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibidem qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilii sanioris, providerint eligendum, secundum Dei timorem et B. Augustini Regulam. Ad hæc auctoritate apostolica prohibemus ne aliquis episcopus contra statuta Lateranensis concilii talibus vel exactionibus vos vel ecclesias vestras de cetero gravare præsumat, nec interdicto vel excommunicationi, sine manifesta et rationabili causa supponat. Decernimus ergo ut nulli omnino, etc. Si qua igitur in futurum, etc. Cunctis autem eidem loco jura servantibus, etc.

Bene valeto.

Ego Lucius, catholice Ecclesiae episcopus, subscripsi.

Ego Joannes, tituli Sancti Marci, subscripti.

Ego Laborans, presbyter cardinalis Sanctæ Mariae Transtyberim tituli Calixti, subscripti.

Ego Humbertus, tituli S. Laurentii in Damaso presbyter cardinalis subscripti.

Ego Pandulphus, presbyter cardinalis tit. Basilice XII Apostolorum subscripti.

Ego Theodinus, Portuensis et. S. Rufine sedis episcopus subscripti;

Ego Henricus, Albænensis episcopus subscripti.

Ego Theobaldus, Ostiensis et Velletrensis episcopus subscripti.

Ego Ardicio, diaconus cardinalis Sancti Theodori subscripti.

Ego Gratianus, Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis subscripti.

Ego Albinus, Sancte Mariæ Novæ diaconus cardinalis subscripti.

Data Veronæ, per manum Hugonis sanctæ Romanæ Ecclesiae notarii, iii Kalendas Decembris, indictione tertia, Incarnationis Dominicæ anno

1184, pontificatus vero domini Lucii III pape anno IV.

CLXXVI bis.

Bulla pro Hermanno abate Rhenhardsbornensi.

(Veronæ, Dec. 5.)

[*Thuringia sacra*, p. 177.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HERMANNO abbati in Reinhardsborn, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum sit sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum, Domino disponente, magistra, jura ipsarum ea moderatione disponit ut quasdam aliis praemittere constitut et singulares speciali privilegio indulget dignitates, ut sicut in compage humani corporis quedam membra præ aliis honorentur, sic in ipsa ecclesiastici ordinis unitate, aliæ ecclesiæ B ante alias indultis sibi privilegiis decorantur, Ea propter, dilecte in Domino, nobilis viri tertii Ludewici, landgravii Turingie, precibus et supplicationibus inducti, tibi et successoribus tuis in perpetuum praesenti pagina duximus indulgendum ut, ad honorem Dei et domus vestre imposterum ampliandum, uti mitra valeatis, ad eumulum autem gratiae et libertatis impensæ, mitram quam de capite nostro assumpsimus, præfato Ludewico landgravio tradidimus, per ipsum tibi in argumentum nostri beneficii praesentandum; proinde volumus ut in memoriam tanti honoris, favore ipsius indulti, pro salute ejus, et parentum suorum, in ipsa ecclesia speciales Domino deinceps orationes offerantur. Ut ergo hæc nostra concessio futuris temporibus indeſciens robur obtineat, eam auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum licet banc paginam nostræ confirmationis et concessionis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indiguationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Veronæ, Nonis Decembbris.

CLXXVII.

Roberto archiepiscopo Viennensi, ejusque suffraganeis ordinem Carthusiensem commendat.

(Veronæ, Dec. 10.)

[*Privilegia ordinis Cartus.*, edit. 1510, fol. 26.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Viennensi et suffraganeis ejus, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum omnibus debeamus apostoli cum patrocinium impertiri, eis potissimum providere tenemur qui charitatis fervent operibus et, seculi vanitatibus spretis, divinis inveniuntur penitentias obsequiis mancipati. Eapropter fraternaliter vestram rogamus attentius et exhortamur in Domino, quatenus dilectos filios fratres Carthusienses et eorum ordinem diligere et manu tenere curetis eorumque donos et jura contra omnem servelis nequitiam, ut iijibala permaneant et secura, malefactores eorum

A conterere et benefactoribus favere velitis, et gratiam ac obsequium impertiri ut nullum sentiat prefata domus sub nostra protectione defectum; sed auctore Domino de die in diem percipiat incrementum. Et quoniam nos defensores et benefactores eorum sub apostolicæ protectionis defensione suscipimus, vos eos ab omni injuria et perturbatione ampliori fiducia et favore auctoritate apostolica defendatis, nullis litteris obstantibus tacita veritate a sede apostolica impetratis.

Datum Veronæ, iv Idus Decembbris.

CLXXVIII.

Domus Cartusiensis protectionem suscepisse posse C *confermat.*

(Veronæ, Dec. 21.)

[*Privilegia ordinis Cart.*, fol. 2.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori et fratribus Carthusiensibus, tam praesentibus quam futuris, eremiticam vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam diligentibus apostolicum convenit adesse praesidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robar, quod abeat, sacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et felicis recordationis Alexandri pape, praedecessoris nostri, vestigiis inhærentes domum Carthusiensem eremiti in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus. Et in primis siquidem statuentes ut ordo eremiticæ vitae quæ secundum Deum in eodem loco institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temperibus inviolabiliter observetur. Et præterea possessiones omnes a Christi fidelibus pietatis intuitu domui vestre concessas, quæ infra terminos vestros continentur, scilicet infra locum qui vocatur Cluss et rupem claudenter vallem et protingentem usque ad molarem claudentem et dividentem Combam chaldam et provenientem usque ad rupem quæ est sub Bochgelos; deinde molarem alium qui ascendendo protenditur usque ad rupem Bonviant. Exinde molarem alium, qui ascendendo producitur per crepidinem planeti a Bonviant D usque ad rupem quæ est supra furnum de la Follia. Similiter ab illo monte qui de eadem rupe porrigitur usque ad montem Aillinart et a monte Aillinart descendendo extenditur juxta Mortam contra occidentem usque ad rupem quæ est super Carreriam, et ab hac rupe porrigitur usque ad rupem de Pertuso. Inde postremo protenditur descendendo usque ad flumen quod vocatur Guerus Mortuus. Eta Guero Mortuo ascendendo procedit per rupem claudentem minorem Carreriam usque ad terrassiam, et a terrassia per crepidinem planeti et per lo Foleys divertens usque ad Januarium. Et a Januario sicut Alpes vergunt contra Proveysien usque ad Calmetam Goncelim. Et a Calmeta Goncelim porrigitur per crepidinem usque ad rupem de Chatrenton, et inde

descendit per rupem Herardi usque ad clusam; nobis et successoribus vestris confirmamus. Quia vestros dominatores ipsorum possessionum pescatione et venatione et avium captione, ovium vel caprarium atque omnium domesticorum animalium passuæ et transitum infra præscriptos terminos prohibuerunt; nos eamdem prohibitionem nihilominus auctoritate apostolica roboramus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit domum vestram temere perturbare ejusque supradictas possessiones auferre vel ablatas retinere, in nucre, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omniumodis profutura. Salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Si igitur in futurum ecclesiastica sacerularis personæ, etc.

Datum Veronæ, per manum Alberti, S. Romanæ Ecclesie presbyteri card. et cancellarii, xii Kalen. Januarii, indictione iii, Incarnationis Dominicæ, anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno iv.

CLXXIX.

Privilegium pro monasterio S. Bertini Sithiensi.

(Veronæ, Dec. 22.)

[Collection des Cartulaires, III, 363.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis S moni, abbatii monasterii Sancti Bertini, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, monasticam vitam professis, in perpetuum.

In eminenti apostolicæ sedis specula, disponente Domino, constituti, sicut imitari prædecessores nostros in bonis debemus operibus, sic etiam summam curam adhibere nos convenit, ne quod ab ipsis pia Tuerit provisione statutum, nobis, quod avertat Dominus, negligentibus, quorunlibet valeat impulsione turbari. Eapropter, dilecti in Domino illi, decisionem controversiæ, quæ inter monasterium vestrum et bonæ memorie Petrum, quondam Cluniacensem abbatem, pro subjectione, quam idem abbas sibi in vestro monasterio vindicabat, quemadmodum a prædecessore nostro felicis memorie papa Innocentio, fratribus suis præsentibus et collaudantibus, facta est, et scripti sui munimine robورata, imitantes piæ recordationis prædecessorum nostrorum Eugenii et Alexandri, pontificum Romanorum vestigia, auctoritate apostolica confirmamus, et ratam permanere censemus. Privilegiis itaque, Cluniacenses quæ super hoc se habere ab apostolica sede dicebant, ab eodem Innocentio, iustitia dictante, cassatis, ad exemplar prædictorum prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, tam vos quam successores vestros, necnon et ipsum monasterium Sancti Bertini ab hujusmodi lite et Cluniacensium subjectione absolvimus; idemque cœnobium libertati propriæ restitutum, salvo jure Tarvanensis ecclesiæ vel episcopi, sub solius Ro-

A manæ Ecclesiæ ditione vel tutela perpetuo permanere decernimus. Ad indicium autem, etc. Ut in privilegio Innocentii papæ, suprascripto (34). Locum ipsum, juxta castrum Sancti Audomari, in quo præsumptum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. In Morinensi parochia, etc. Ut in eodem privilegio Innocentii. In Cantuariensi parochia, ecclesiam de Trulega, ecclesiam de Cilham, cum earum capellis et aliis pertinentiis suis.

Compositionem præterea inter vos et abbatissam de Broburg super terminos parochiæ vestræ, de assensu partium factam, sicut hinc inde recepta est, et in scripto authenticæ venerabilis fratris nostri Morinorum episcopi continetur, ratam habemus, et eam auctoritate apostolica confirmamus. Quod autem de capella et cœmitorio leprosorum de Broburg a bonæ memorie Milone, episcopo Morinensi, statutum est, et scripto suo firmatum, ratum manere censemus, ita videlicet ut in eadem capella leprosis tantum et sibi servientibus divinum celebretur officium; atque in eorum cœmitorio nulli, nisi leprosi et eorum familia tumulentur. In monasterio quoque Sancti Silvini, apud Alchiacum, abbas vester, qui pro tempore fuerit, tanquam in speciali filia, secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam, corrigendi que corrigenda sunt, cum religiosorum virorum consilio, plenam, sicut hactenus, habeat potestatem.

Statuimus etiam ut, infra terminos parochiarum vestrarum, nullus ecclesiam vel oratorium absque vestro assensu ædificare præsumat, salvis tamen privilegiis Romanorum pontificum. Stationes autem publicas ab episcopo in vestro monasterio, seu episcopum illuc venire, nisi ab abbatte et fratribus fuerit evocatus, omnino fieri prohibemus. Possessions præterea et decimas, quas monasterium vestrum a quadraginta annis inconcusse possedit, et in præsentiarum sine controversia possidetis, in omnibus et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manib[us] aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquerè præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, e sæculo fugientes, liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, januis clausis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. In parochialibus siquidem ecclesiis, quas habetis, liceat vobis sacerdotes eligere, et diocesanis Ecclesiæ præsentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum committat: ita quidem quod ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus, debeant respondere. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes vero monachorum qui ad sa-

(34) Patrologia t. CLXXIX, sub num. 398.

eros ordines fuerint promovendi, a diocesano su-
sciatis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et
gratiam atque communionem sedis apostolice ha-
buerit, et ea vobis gratis et absque pravitate aliqua
voluerit exhibere; alioquin liceat vobis quem
malueritis catholicum adire antistitem, qui nimi-
rum, nostra fultus auctoritate, quod postulatur
indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci libet
esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ
voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi
forte excommunicati vel interdicti sint, nullus ob-
sistat, salva tamen justitia illarum ecclesiærum a
quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte
vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quo-
libet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis
astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres,
communi consensu, vel fratrum pars consilii sa-
nioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti
Regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo
ut nulli omnino hominum, etc., usque ad finem, ut
in privilegiis Innocentii papæ et Cœlestini (35) su-
prascriptis.

Ego Joannes, tituli Sancti Marci presbyter cardi-
nalis.

Ego Laborans, presbyter cardinalis Sanctæ Ma-
riæ Transtiberim, tituli Calixti.

Ego Humbertus, tituli Sancti Laurencii in Da-
maso presbyter cardinalis.

Ego Pandulfus, presbyter cardinalis tituli Basi-
licæ Duodecim Apostolorum.

Ego Lucius, catholicæ Ecclesiæ episcopus.

SANCTUS PETRUS. SANCTUS PAULUS.

Datum Veronæ, per manum Alberti, sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii,
xi Kal. Januarii, indictione iii, Incarnationis Domini-
nicæ anno 1184, pontificatus vero domni Lucii
papæ tertii anno quarto.

CLXXX.

*Canonis Regularibus monasterii Sanctæ Mariæ ad
Cærcores in territorio Estensi privilegia renovat.*

(Veronæ, Dec. 22.)

[MURATORI, *Antiq. Ital.*, V, 265.]

LUCIUS episcopüs, servus servorum Dei, dilectis
filii LIVALDO, priori ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Car-
ceribus, ejusque fratribus, tam presentibus quam
futuris, regularem vitam professis,

Quoties illud a nobis petitur quod religioni et ho-
nestati videtur convenire, animo nos decet libenti
concedere, et petentium desideriis apostolicum sus-
fragium impetriri. Eapropter, dilecti in Domino filii,
vestris justis postulationibus clementer annuimus,
et ecclesiam Sanctæ Mariæ de Carceribus, in qua
divino estis mancipati obsequio, ad exemplar felicis
recordationis Alexandri papæ, prædecessoris no-
stri, sub beati Petri et nostra protectione suscipi-
mus, et presentis scripti privilegio communimus.

A In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus,
qui secundum Deum, et beati Augustini Regulam,
et institutionem Portuensium fratrum, in eodem
loco institutus esse cognoscitur, perpetuis ibidem
temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quas-
cunque possessiones, etc., in quibus hæc propriis
duximus exprimenda vocabulis:

B Locum ipsum, in quo memorata ecclesia sita est,
cum omnibus adjacentiis et pertinentiis suis: et de-
cimas novalium totius loci qui Carratecum voca-
tur, sicut privilegium prædecessoris nostri Alexan-
dri plenius continet; et in Augutiano, et in tota
Scudechia, in Fracta, in Montaniana, et in Vigo-
solo; quidquid habetis in Cavalligo; quidquid ha-
betis in Craterolo, in Carpo, in Portu, in Minvio,
Bonadico, Urbano, Casale, Milliarino, Pause, Vi-
gezolo, Est, in Plebe de Villa, in Montesilice,
Baono: et quidquid ibidem B. Paduanus episcopus
rationabiliter vobis concessit: quidquid habetis in
Spasano, Cona, Tribano, in Villa Pantena, in Mon-
tegnana, in Albetona; quæcunque a bonæ memorie
Bellino et Sinibaldo Paduanis quondam episcopis
vobis canonice data sunt, nihilominus confirmamus:
ecclesiam Sancti Salvatoris, cum omnibus posses-
sionibus suis, etc., sicut juste ac pacifice eamdem
possideatis: terram, quam habetis in Vicotineoso et
in Gazolo: ecclesiam Sancti Joannis de Vigizolo,
cum omnibus possessionibus et aliis quæ ad eam-
dem ecclesiam pertinere noscuntur, terris videlicet,
paludibus, pascutionibus ac decimis: decimationes
etiam totius paludis de Baone, sicut vobis a Pa-
duano episcopo rationabiliter concessæ sunt, et ejus
instrumentum plenius continet: decimam quoque
de territorio villæ quæ dicitur Cavallile. Sententiam
vero illam quam præfatus B. super contentione quæ
inter vos et clericos Sanctæ Teclæ de Adest, de per-
sona Ugonis Balisterii et filii ejus, et bonis ipsius
agebatur, legitime promulgavit, ratam habemus, et
auctoritate apostolica confirmamus. Præterea ven-
ditionem quam vobis archipresbyter de Runco cum
fratribus suis de quadam terra in Minerva ration-
abiliter fecit, vobis et ecclesiæ vestrae nihilominus
confirmamus; statuentes ut de possessionibus quas
nunc habet ecclesia vestra, vel est in posterum ha-
bitura, nullus laicus decimas præsumat exigere.
D Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus
aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestro-
rum animalium, nullus a vobis decimas exigere vel
extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos
et laicos, e sæculo fugientes, liberos et absolutos
ad couversionem recipere, et eos absque contradic-
tione, qualibet retinere. In parochialibus autem
ecclesiis quas habetis, liceat vobis eligere sacerdo-
tes, et diocesano episcopo præsentare, quibus, si
idonei inventi fuerint, episcopus curam animarum
committat, ut ei de spiritualibus, vobis autem de
temporalibus debeat respondere. At tiquas et ratio-

nabiles consuetudines ecclesie usque ad presentia A tempora reservatas, et decimas quas a quadraginta annis usque nunc possidetis, vobis auctoritate apostolica roboramus. Cum autem generale interdictum terre fuerit, licet vobis, non pulsatis campanis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce, divina officia celebrare. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sunt, nullus obsistat, salva tamen justitia ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum, etc., salva sedis apostolicae auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur, etc.

Datum Veronæ, per manum Alberti, sanctæ Romanæ Ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, decimo Kalendas Januarii, indictione III, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ tertii anno IV.

CLXXXI.

Ad Henricum Anglorum regem.

[TWISDEN, *Hist. Angl. Script.*, I, 624.]

Lucius papa tertius illustri Anglorum regi.

Ea quæ credimus ad salutem tuam et exaltationem regiae celsitudinis pertinere, tanto libenter tuæ sublimitati suggerimus, quanto tui nominis gloriam cum incremento salutis et pacis sinceroribus semper affectibus exoptamus. Hinc est quod tuæ celsitudinis pietatem præsentibus duximus litteris admonendam, ut amorem Dei ante oculos cordis tui salubri consideratione proponens, et amorem piæ recordationis Ludovici, regis Francorum ad mentem revocans et reducens, bonum quoque tranquillitatis et pacis quæ inter te et charissimum in Christo filium nostrum illustrem Francorum regem communiter desideratur attendens, circa statum in Christo charissimæ nostræ M. [Margarethæ] regine, relictæ videlicet bonæ memoriae H. [Henrici] filii tui piam habeas providentiam et cautelam, ut in dote sua et donatione propter nuptias ita cum ea componas, quod ei et his qui pro ea sunt, murmurandi vel conquerendi materiam non relinquis, nec tu ipse propter hoc apud patrem orphaporum et judicem viduarum districtoris judicii sententiam pertimescas. Quia igitur ad instantiam quorundam amicorum suorum super certa pecuniaæ quantitate ei satisfacere decrevisti, rogamus excellentiam tuam, et exhortantr in Domino atque in peccatorum trourum remissionem injungimus, quatenus ei ad interventionem nostram pro pacis charitatisque custodia summam congruam secundum quod Petrus Bermundi nobis ex parte tua significavit decenter adaugeas, et eam sibi in certis assignare redditibus non omittas, ita quod ipsa solitudo hujus consolatione recepta possit in pace consistere, et tu pro impensa benignitatis effectu indeliciens præmium ab omnipotenti Domino debeas exspectare.

CLXXXII.

Ad eundem. — Pro subventione facienda terra Hierosolymitanæ.

[MANSI, XXII, 475.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, Henrico, illustri Anglorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum cuncti prædecessores tui præ cæteris terra principibus armorum gloria et animi nobilitate longe retro claruerint, eosque fidelium populus habere in sua didicerit adversitate patronos, merito ad te, non tantum regni sed paternarum virtutum bæredem, quadam securitate præsumpta recurritur, ubi populo Christiano imminentे periculum, imo exterminium formidatur; ut per brachium regis magnitudinis membris ejus impendatur præsidium, qui te, ut ad tantæ glorie et prælationis apicem venires, sua pietate concessit, et te contra tui nominis impugnatores nefarios murum inexpugnabilem ordinavit. Primum noverit serenitas tua, jam crebris et molestis sub hac pulsata querelis, qualiter terra Hierosolymitana, specialis bæreditas Crucifixi, in qua nostræ salutis sunt prætuntala mysteria, et ipsius rei exhibitione completa, quam ille qui cuncta condidit in suam sortem peculiari privilegio deputavit, perfidae et spuriæ gentis attrita et convallata pressuris, nisi ei celeri remedio succurratur, prona sit ad ruinam, et inde, quod absit, sustineat irreparabilem religio Christiana jacturam. Ille enim Saladinus, sancti et tremendi nominis immanissimus persecutor, ita spiritu furoris incanduit, et totius nequitiae suæ vires ad internectionem populi fidelis exercet, ut nisi immanitatis ejus vehemens impetus, quasi objectis obicibus, reprimatur, certam spem fiduciamque suscipiat, quod Jordanis influat in os ejus, et terra aspersione vivifici sanguinis consecrata, spuriæ superstitionis ipsius contagio polluatur, et quam gloriosi et nobiles prædecessores tui a dominio gentis incredulæ multis laboribus et periculis exemerunt, rurus nefando tyranni nequissimi dominio subjugetur. Ob hanc itaque necessitatis et imminentis doloris instantiam, magnificientiam tuam apostolicis litteris duximus exorandam, imo dilatatis præcordiis summa acclamatio pulsandam, quatenus ad honorem ipsius respiciens, qui te constituit in sublimi, et juxta nomen magnorum, qui sunt in terris, nomine tibi contulit gloriosum, ad desolationem præfatae terræ pietatis studio te convertas, et ut ejus confusio in hac parte tollatur, qui pro te in ipsa terra voluit haberi ludibrio, operam adhibeas efficacem: quatenus prædecessorum tuorum vestigia subsecutus, quam ipsi de principis tenebrarum saucibus eripuerunt, in cultu magni Dei per tuam diligentiam, auxiliante Domino, conservetur. Eo autem curiosius celsitudinem tuam in tanta oppressionis angustia convenit laborare, quoq; terram ipsam regis intelligis præsidio destitutam, et totam spem defensionis suæ ipsius proceres in tute magnitudinis.

duxerunt patrocinio collocandam. Quod inde clarius tua serenitas potest agnoscere, quod summos terre illius et magnificos defensores venerabilem fratrem nostrum Heraclium patriarcham, et dilectum filium nostrum magistrum Hospitalie ad tuam excellentiam destinarunt, ut ex ipsorum praesentia considerata dignitate perpenderes quanta fuerit necessitatibus angustia, pro qua eorum sustinent tandem carere præsidio, ut per ipsos facilius ad vota sua tuam devotionem inclinent. Viros igitur præfatos, tanquam ab ipso Domino tibi destinatos, benignè suscipias, et debita charitate pertractes, eorumque postulationibus tanto facilis acquiescas, quanto gravitatis et honestatis intuitu favor est eis ei gratia exhibenda. Sane recolat prudentia tua, et sollicita secum meditatione revolvat, promissionem illam qua de impendendo sœpe dictæ terræ præsidio tuam celsitudinem obligasti : et ita in hac parte te cautum et studiosum exhibeas, ut te in tremendo judicio tua conscientia non accuset, et ejus qui non fallitur districti Judicis interrogatio non condemnet.

ANNO 1181-1185.

CLXXXII bis.

Privilegium pro ecclesia S. Germani Montensi.

[Mazaris, Opp. diplom., II, 1187.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis NICOLAO, præposito ecclesie S Germani, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, canonice instituendis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, et ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præstatam ecclesiam S. Germani de Montibus, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiariam juste et canonice possidet aut in futurum concessione postulisticum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illiata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo præfata ecclesia S. Germani sita est cum appendicis suis; altaria omnia ecclesiæ ipsius castri, qui dicitur Castri locus, locum, etiam ecclesiam S. Waldestrudis; ecclesiam Sancti Petri, jus alterius ecclesiæ in portis Sancti Petri; capellam S. Andreae; capellam comitis supra portam; capellam Sancti Nicolai in Berlemonete, capellam infirmorum.

Et liberam quoque atque canonican presbyterorum institutionem, cum altarium oblationibus et obventionibus, quæ vestris usibus sunt deputata,

A prata, molendina, curtilla, combas, domos et quæcunque in locis adjacentibus dicto castro possidentis; quidquid etiam apud Quem, apud Jemappes, apud Genly, atque apud Elorges habere noscimini; frumentum quoque et avenam, quæ ab ecclesia S. Waldestrudis debentur presbyteris canoniciis ecclesiæ vestræ specialiter; censum insuper quem in die Cœnæ Domini parochialis presbyter vester gerens curam animarum, annualim vobis solvere tenetur, scilicet quindecim fertones argenti, servos et ancillas ad ecclesiam vestram pertinentes; antiquas etiam et rationabiles consuetudines ecclesiæ vestræ hactenus observatas, ratas habemus, easque decernimus inviolabiliter observari. Auctoritate quoque apostolica duximus statuendum ne quis in vos vel ecclesias vestras excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam absque manifesta et rationabili causa promulget.

Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus celitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos et laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos sine contradictione retinere. Prohibemus insuper ne ulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit de codem nisi majoris religionis obtenuisse discedere; discedentem vero absque communium litterarum castratione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clavis jauis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare.

Inhibemus etiam ut intra claustra locorum seu grangiarum vestrarum, capellam vel oratorium absque dioecesani et vestro assensu nullus construere de novo præsumat, salvis privilegiis apostolicis sedis.

In parochialibus vero ecclesiis quas habetis liceat vobis sacerdotes eligere et dioecesano episcopo presentare, quibus si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, et ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondere debeant.

Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, et eorum devotioni et extrema voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiæ a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præstatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omninodis profutura, salva apostolicæ sedis et episcopi dioecesanæ canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire

tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem condigna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum honestæ actionis percipient, et apud districtum Judicem præmia æternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

ANNO 1184-1185.

CLXXXIII.

Pactensem et Cephaloediensem episcopos obedire R[ichardo] archiepiscopo Messanensi jubet.

(Veronæ, Jul. 25.)

[PIRE, Sicilia sacra, I, 399.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Cephaludensi et Pactensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum Dominus et Salvator noster humilitatis formam suis tradens fidelibus observandam, majoribus reverentiam curaverit exhibere, non est discipulus, sed contrarius merito reputatur, qui suis majoribus debitam reverentiam non impedit. Ideo fraternitatē vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus venerabili fratri nostro R[ichardo] Messanensi archiepiscopo reverentiam debitam et obedientiam impendatis, et ecclesiam ejus ad ipsius monita statutis temporibus visitantes, eum in necessitatibus et expensis suis humiliiter assistatis.

Datum Veronæ, viii Kalend. Augusti.

CLXXXIV.

Synagogæ Stampensis, Judicis a Philippo Francorum rege ex ulsis, in ecclesiam S. Crucis mutata, protectionem suscepit.

(Veronæ, Jul. 26.)

[FLEUREAU. *Les Antiquitez de la ville et du duchez d'Estampes*, in-4°, page 381.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et canonicis Sanctæ Crucis de Stamps, salutem et apostolicam benedictionem.

Loca divinis cultibus mancipata, et quæ post Judaicæ perfidiae cæcitatem lumen gratiarum sub Christianæ fidei titulo percepérunt, apostolicis sunt munienda præsidii, et perpetuo munere donanda libertatis; cum constet eos jam non esse filios ancillæ sed liberæ, qui elegerint ibi, in libertate spiritus Domino deservire. Quapropter, dilecti in Domino filii, prædictam ecclesiam vestram, quam charissimus in Christo filius noster Philippus, illustris Francorum rex, de assensu venerabilis fratris nostri G. Senonensis archiepiscopi, in synagoga de qua Judæos ejecerat, in honorem victoriosissimæ Crucis ædificari constituit, cum omnibus quæ in præsentiarum justæ et pacifice possidet, aut in fu-

turum, præstante Domino, rationabiliter peterit adipisci, sub beati Petri ac nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut clerici qui in circumpositis ecclesiis, sicut nihil in loco ipso Judæis possessoriis capiebant, ita deinceps ecclesiæ inibi constitutæ conditionem aliquam vel gravamen, in libertatis præjudicium, non imponant, ne deterior efficiatur status ecclesia; sicque quæ fuerat Judæis inhabitantibus libera, sub observantia fiat Christianæ libertatis ancilla. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ protectionis infringere, vel ei ausu leniterario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, vii Kal. Augusti.

CLXXXV.

Privilegium pro eadem ecclesia.

(Veronæ, Aug. 8.)

[Ibid., p. 382.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et canonicis S. Crucis Stamparum, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum per mutationem dexteræ Excelsi de synagoga Judaica facta sit ecclesia vestra; et domus orationis ibi surrexerit, ubi paulo ante Judæorum impius cultus servabatur; officio susceptæ administrationis inducimur profectibus vestris et commodis libenter intendere et petitionibus vestris effectum tam facilem quam debitum indulgere. Quapropter ut magistrum scholarum unum in musica et alium in aliis disciplinis sine contradictione qualibet habeatis, auctoritate vobis apostolica indulgemus, statuentes ut de novallibus vestris, et animalium, nutrimentis nullus a vobis decimas extorquere præsumat. Prohibemus insuper ne de possessionibus vestris decimæ a laicis exigantur. Ad hæc, præsentium auctoritate decernimus, ne quis in ipsam ecclesiam interdicti, vel in canonicos ejus excommunicationis aut suspensionis sententiam absque manifesta et rationabili causa promulget. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, expulsis excommunicatis et D interdictis, non pulsatis campanis, submissa voce divina officia celebrare. Decernimus ergo, etc.

Datum Veronæ, vi Id. Augusti.

LXXXVI.

Privilegium pro fratribus S. Bertini Sithiensis.

(Veronæ, Aug. 11.)

[Collect. des Cartul., III, 354]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Sancti Bertini, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a sede apostolica petuntur ea quæ a rationis tramite non discordant, facilem nos convenit præbere consensum, et justa vota potentium effectu prosequente complere, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postalata vires in-

dubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino et filii, vestris justis postulationibus grato concurren-tes assensu, praesentibus vobis litteris auctoritate apostolica indulgemus, ut vobis in omnibus paro-chiis vestris liceat clericos instituere, qui, assensu et propria voluntate vestra, regimen scholarum obtineant; et haec firma et illibata decernimus omni tempore permanere, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ con-cessionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Veronæ, tertio Idus Augusti.

CLXXXVII.

Privilegium pro monasterio de Curia Dei.

(Veronæ, Aug. 18.)

[*Call. Christ. nov.*, VIII, Instr. 522.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Hugoni abbatii et conventui de Curia Dei, sa-lutem et apostolicam benedictionem.

Cum omnibus Christi fidelibus in sua providere justitia debeamus, specialius eis existimus debito-res, qui regularem vitam professi arctius divinis se obsequiis manciparunt, eoque libertati vestre vo-lentes et justitiae providere, privilegia illustris memoriæ Francorum regum et Aurelianensium episco-porum pia liberalitate et provida concessione mo-nasterio vestro collata auctoritate apostolica constr-mamus. Quia vero canonici Sanctæ Crucis privilegia calumniantur episcoporum, cum in ipsis contineatur, quod ex consensu totius capituli donationes et libertates concessæ sunt abbatiæ, et ipsa privilegia sint omnium personarum subscriptionibus ro-bo-rata, auctoritate apostolica prohibemus, ne pro eo quod sigilla capituli non sint privilegiis ipsis ap-posita, nihil contra tenorem privilegiorum ipsorum in vestrum valeant prejudicium vindicare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis et prohibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-tare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, xv Kal. Sept.

CLXXXVIII.

Decano Cenomanensi, J. de Veteri-Ponte, archidiacono Rothomagensi, et magistro Hug. Januensi mandat ut in Dolensis et Turonensis Ecclesiæ controversia testimonia testium perscribant.

(Veronæ, Aug. 18.)

[*MARTEN., Thesaur.*, III, 910.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano Cenomanensi, J. de Veteri-Ponte, ar-chidiacono Rothomagensi, et magistro Hug. Ja-nuensi, praeposito ecclesiæ S. Mariæ de Castello, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum dilectus filius noster electus Dolensis, et nuntius venerabilis fratris nostri Turonensis ar-

Achiepiscopi, pro causa quæ jampridem inter eos et eorum ecclesias emersit, et sicut coram felicis re-cordationis Alexandro papa prædecessore nostro diutius actitata, et ab eo receptio testium utriusque partis sub certa forma commissa, in nostra essent præsentia constituti, post diutinam moram concor-diter postularunt ut vobis tribus, duobus electis a partibus et tertio a nobis dato, receptionem te-stium juxta formam, quam jam dictus predecessor noster præfixerat, committere deberemus. Nos au-tem, considerantes utramque Ecclesiam maximis laboribus et expensis hactenus inutiliter laborasse, discretioni vestre per apostolica scripta manda-mus, et in obedientia virtute præcipimus, qua-ténus ad competentem locum proximiorem Dolensi

B Ecclesiæ, securum archiepiscopo vel procuratori suo, ad recipiendos testes Dolensis Ecclesiæ, et postea ad locum securum electo vel procuratori suo, ad recipiendos testes Turonensis Ecclesiæ accedentes, omni gratia et timore postposito, testes utriusque partis juxta formam præscriptam ab eo-dem prædecessore nostro infra tres menses post harum susceptionem recipiatis, nullius contradic-tione vel appellatione obstante. Si vero alterutra partium absentaverit, neque procuratorem miserit; nisi legitimum impedimentum manifeste prohave-rit, ejus qui præsens fuerit tristes jurisjurandi re-ligione astrictos præcipimus recipi, et diligentius interrogari, atque cum omni diligentia, et cautela eorum dicta conscribi. Deinde attestaciones sigillis vestris inclusas ad sedem apostolicam transmitta-tis, spatium duorum mensium post predictos tres in quibus testes recepti fuerint partibus præligentes, quo se debeant cum ipsis attestacionibus apostolico conspectui præsentare, et visis et cognitis rationi-bus utriusque, vel illius partis, quæ testes pre-duixerit, controversia finem debitum, omni cessante diffugio, sortiatur. Si autem his exequendis ne-quiveritis aut nolueritis interesse, duo, omni ap-pellatione et excusatione cessante, mandatum apo-stolicum exsequantur. Cæterum si negligentia ju-dicium, vel tergiversatione alicuius partium testes recepti non fuerint, nihilominus pars utraq;ne pleno instructa per se vel per sufficientem responsalem termino constituto, quem utrique parti perempto-rium assignamus, ad apostolicam sedem acc. at, quoniam altera veniente, si altera venire noluerit, nihilominus quantum ratio dictaverit procedetur.

Datum Veronæ, xv Kalendas Septembri.

CLXXXIX.

Monasterium Fullinense episcopis Marchiæ Tarvisina commendat.

(Veronæ, Aug. 23.)

[*Annal. Camald.*, IV, App., p. 119.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, vene-ribilis fratribus... Tarvisino [SIGIFREDO], Genetensi [ANDONICO], Feltrensi et [GERARDO] Belluncensi ep-i-scopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto in par.... magis abundat malitia secu-

laris et rarior in eis religionis puritas, tanto nobis A
attente agendum et summopere laborandum, ut si qua ibi plantatio piæ conversationis erigitur, per vos, qui esse debetis plantationis hujusmodi rigatores, opportune consolationis imbris irrigetur. Audivimus autem quod domus de Fulino, in ipsis partibus vestris sub professione Cisterciensis ordinis instituta, cum sit religione venerabilis, et multa nihilominus miserabilis paupertate, quidam de magnatibus terræ vestræ donum ipsam multipliciter inquietant, extorquendo ab ea pauca illa quæ possidet, et sub angariis plurimis, a quibus sacras ecclesias etiam sacerdotes immunes existere consueverunt, exactiones ei et ejus hominibus imponendo. Ideoque vobis per apostolica scripta mandamus, quatenus contra hujus violentiae pravitatem, sicut ex officio vestro tenemini, viriliter exsurgentes, magnates ipsos, de quibus ad vos hujusmodi querela pervenerit ab iniuitate ista desistere moneatis, et nisi monitis acquieverint, eos et maxime Jeremiam, qui duos mansos ipsius domus violenter dicitur et illicite detinere, si res ita se habet, censura ecclesiastica percellatis, ita de cetero de predicti monasterii solliciti, quod fratres, qui in eo divina militia bajulant servitatem, plene de vobis possint in Domino gloriari.

Datum Veronæ, x Kal. Septembri.

CXC.

Archiepiscopis et episcopis in regno Francorum constitutis mandat, ut monachis S. Dionysii ad sequenda monasterii jura opitulentur.

(Veronæ, Aug. 25.)

[DOUBLET, *Hist. de Saint-Denys*, t. I, p. 518.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis constitutis in regno Francorum, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum Beati Dionysii monasterium a longis retro temporibus in magna sit habitum reverentia, et cura illius specialius spectet ad nos, quibus est, nullo mediante, subjectum, tanto per vos ipsos et aliarum Ecclesiarum prelatos ipsum a pravorum molestiis defensare tenemur, quanto refrigescente charitate multorum et succrescente malitia, plures sunt qui rapinis idem et aliis molestationibus assidue inquietant. Unde nos earum nequitiaz obviare volentes, et indemnitati consulere, monasterii ipsius negotia diversis delegavimus judicibus finienda. Mandamus itaque fraternitati vestræ, quatenus sententias quas idem super negotiis ipsis duxerint promulgandas, unusquisque vestrum in diœcesi sua, nullius appellatione obstante, cum requisitus fuerit non differat executioni mandare, ita quod et monasterium ipsum per officium vestrum plenus jus suum consequi valeat, et nos cum audierimus sollicitudinem vestram, debeamus non immerito commendare.

Datum Veronæ, octavo Kal. Septembri.

CXCI.

Parthenoni Sancti Zacharias Veneto asserti bona a Leonardo comite concessa.

(Veronæ, Sept. 5.)

[CORNELII, *Eccles. Venet.*, t. XI, p. 381.]

B Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, Caysoz abbatissæ S. Zacharie de Venetijs, et sororibus ejusdem monasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex tenore instrumenti publici nobis innotuit quod cum bona memoria comes Leonardi condideret testamentum, te, filia abbatissa, fideicommissariam instituit de fide tua et religione confisus. Tu vero monasterio pro remedio animæ suæ, et progenitorum suorum, omnes vineas, salinas, terras, aquas, cultas et incultas, et totum alodium quantumcumque habebat in clavigia et finibus ejus, et omnia, tam mobilia, quam immobilia, ordinata sive inordinata omniaque jura, et actiones, quæ illi competebant, vel competere poteraat adversus aliquem, illis exceptis, quæ certis personis nominatim legaverat, in ultima voluntate relinquit. Unde quoniam nihil est, quod amplius hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, si rationabilis fuerit, liber sit stylus, dispositionem prefati comitis ratam habentes, et omnia quæ monasterio vestro rationabiliter in suo contulit testamento vobis et eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communisimus. Statuentes ut nulli omnino hominum licet hac paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare presumperit indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se novabit incursum.

Datum Veronæ, Nonis Septembri.

CXII.

Episcopo Veronensi præcipit ut a laicis decimas exhiberi canonici Veronensis juteat.

(Veronæ, Sept. 11.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, V, 800.]

L Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Veronensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum dilectos filios nostros archipresbyterum, et canonicos Ecclesiae tuæ specialius diligere debeas, et in jure suo attentius conservere, super hoc tanto securius nostra tibi scripta dirigimus, quanto te libentius credimus mandatis apostolicis pariturum. Quocirca fraternitatì tuae per apostolica scripta mandamus atque præcipimus quatenus [contra] omnes laicos qui de illorum redditibus decimas auferre presumperint, vel eos super decimis ante sacerdotem judicem coavenerint, si commoniti non destiterint, omni gratia et timore postposito, nullius appellatione obstante, canonica censura procedas, quam absque satisfactione congrua non relaxes.

Dat. Veronæ, ii Id. Septemb.

CXCIII.

Castellano [Veneto] et Torcellano episcopis mandat, ut quosdam ecclesiae S. Salvatoris parochianos ad solvendas decimas cogant.

(Veronæ, Sept. 17.)

[*CORNELII, Eccles. Venet., t. XIV, p. 111.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Castellano et Torcellano episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilecti filii nostri... prior et fratres S. Salvatoris transmissa nobis insinuatione monstrarunt quod habitantes in domibus adjudicatis eis per venerabilem fratrem nostrum... Gradensem patriarcham et bona memoriae Ildebrandum S. R. E. cardinalem et apostolicæ sedis legatum, parochiali jure debere subesse, decimas eis reddere contradicunt. Volentes igitur eisdem fratribus suam conservare justitiam illibatam, fraternitatì vestre per apostolica sc̄ipta mandamus, quatenus habitatores ipsarum domorum, juxta tenorem privilegii apostolici; decimas eis sine difficultate persolvant, et satisfaciant de subtractis, a die quo sententia lata fuit auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, per censuram ecclesiasticam compellatis.

Datum Veronæ, xv Kalend. Octobris.

CXCIV.

Privilégium pro monasterio Reomensi.

(Veronæ, Sept. 17.)

[*D. PLANCHE, Hist. de Bour., I, Preuv., p. 60.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatii et capitulo Reomensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis potentium desideriis dignum est nos faciem præbtere consensum et vota quæ a rationis trahite non discordant, effectu prosequente complere. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam quam venerabilis frater noster Lingoniensis episcopus juxta pontem Montisbarri in honorem beati Thomæ martyris de novo fundavit et vobis ad instituendos ibi monachos de capituli sui assensu concessit, sicut vobis canonice collata est et vos eam cum omnibus pertinentiis suis canonice possidetis, devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ xv Kal. Octobris.

CXCV.

Bulla pro capitulo S. Martini Turonensis.

(Veronæ, Sept. 17.)

[*Privil. de Saint-Martin de Tours, p. 25.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano, thesaurario et capitulo Beati Martini Turonensis, salutem et apostolicam benedictionem.

PATROL. CCI.

A Cum ecclesia Beati Martini Turonensis Romanæ sit Ecclesiae filia specialis, non possumus in gravaminibus ejus tota sibi affectione non-compati et contra malefactores ejus severitate debita non moveri. Auditio igitur qualiter in burgenses vestros de Castro novo per communia seu communi jamento, quod in detrimentum Ecclesiae ipsius et vestrum fecerant, secundum indultam vobis a sede apostolica facultatem, ecclesiasticam sententiam pertuleritis, nos eamdem sententiam ratam esse decernimus et auctoritate apostolica confirmamus inviolabiter eam observari volentes, donec vobis et Ecclesiae plenarie satisfiat. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, xv Kal. Octobris.

CXCVI.

Bulla pro canonice S. Petri Suessionensis.

(Verone. Sept. 20.)

[*D. GERMAIN, Hist. de Notre-Dame de Soissons, 449.*]

LUCIUS tertius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissæ et conventui Sanctæ Mariae Suessionensis sororibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea quæ ad divini cultus pertinent honestatem et Ecclesiarum noscuntur profectibus deservire, prompta decet nos benignitate concedere et concessa de cætero in sua stabilitate servare. Cum igitur dilecti filii nostri canonici Sancti Petri Suessionensis, juxta antiquas observantias temporis præcedentis, altari Beatæ Mariæ in propriis tenentur deservire personis, et ad te, filia abbatissa, donatio pertineat præbendarum, præsentium auctoritate decernimus et firmamus ut, sicut hoc statutum est et hactenus observatum, nulli canonorum illorum licet ad curam parochiale, nisi præbenda ecclesiae vestre dimissa, transire, aut alium titulum suscipere, pro quo servitium ejus prædicto debeat altari deesse. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, xii Kal. Octobris.

CXCVII.

Arnaldo Blesensi, canonico Ecclesiae Remensis, villam de Fraillieourt asserit.

(Veronæ, Sept. 22.)

[*VARIN, Archives administratives de Reims, t. I, p. 1, page 397.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio magistro ARNALDO Blesensi, canonico Remensis ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem...

Dilecte fili, justis tuis postulationibus grato concurrentes assensu, villam de Fraillieourt a dilecta

filiis nostris R. præposito, R. decano, Th. cantore, et capitulo Remensi, sub trecensu undecim annuatim capitulo solvendarum, labore tuo et fructu pensato qui de labore provenit, tibi collatam, sicut eam pacifice possides et in scripto authenticō capituli continetur, devotioni tuae auctoritate apostolica confirmamus.... scripti vero talis est tenor :

« R. præpositus, R. decanus, Th. cantor cæterique Remensis Ecclesiæ fratres, omnibus... notum fieri volumus universis, quod villam nostram de Fraillicurt, cum omnibus quæ ibidem nomine nostro poterunt eyenire, tota vita sua habendam dominavimus magistro Arnaldo Blesensi canonico nostro, sub trecensu undecim nobis annuatim solvendarum. Quia vero eamdem villam tenuem quondam et humilem, numerosa incolarum multitudine relevavit et exaltavit, seendum quoque quod ibidem Joannes de Arduenna habebat, id est : duas partes decimæ lini et terram in villa eadem in qua vi vel viii mansioniarii habitant, propria pecunia emit, molendinum etiam et furnos de novo construxit et bannales fecit, domum quoque egregiam et granjam ibidem de proprio ædificavit et donavit nobis, nos eidem concessimus anniversarium suum solemniter faciendum. Omnium quoque bonorum præfatae villæ quæ ex portione nostra supra summam xi excreverint, decimam partem, pro ipsius anima et omnium fidelium animabus, his qui anniversario intersuerint, dia anniversarii sui æqualiter distribuendam, et tres pauperes eadem die pro eodem specialiter pascendos, præterea eadem die quinque solidos in hospitio, ad lautiorem visitationem languidorum, præter quotidianum et consuetum victimum, ex bursa nostra erogandos, annuatim perpetuo communi assensu capituli immutabiliter constituimus; et ut pecuniam ex præfata decima pro te redactam in vigilia anniversarii paratam, persona quæ prædictam villam a nobis tenebit, sine dilatatione persolvat, et in donatione trecensus hoc indubitanter sub religione fidei promittat, constitui-mus. Quod, ut ratum perpetuo maneat, communis assensu capituli et sigilli nostri munimine robavimus. »

Nulli ergo, etc., etc.

Datum Veronæ, x Kalend. Octobris.

CXCVIII.

Privilegium pro monasterio Leodiensi S. Jacobi. — Confirmat ipsi ecclesiam S. Mariae Magdalena.

(Veronæ, Sept. 25.)

[MARTEN., Ampl. Collect., I, 950.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Sancti Jacobi Leodiensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad notitiam nostram certa relatione pervenit, quod ecclesia Beatæ Mariæ Magdalena, quæ in Leodio est, ad tantam quondam inopiam sub sæcularibus clericis devenisset, ut vix in ea unus ex multis honestam posset sustentationem habere, bona memoriae Henricus, quondam Leodiensis episco-

A pus, eamdem ecclesiam cum pertinentiis suis, de assensu Leodiensis Ecclesiæ et fundatorum illius, præfataam ecclesiam Beatae Mariæ Magdalena monasterio vestro concessit, et ad divinum ibi servitum perpetuo celebrandum de eodem monasterio in eam monachos instituit, et concessionem suam scripto proprio confirmavit. Unde nos quod ab eodem rationabiliter factum est et hactenus observatum, ratum esse volentes, ecclesiam illam cum pertinentiis suis sicut eam ex dono episcopi memorati justæ ac pacifice possidetis, et in scripto authenticō continetur, vobis et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem attentre præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, septimo Kalendas Octobris.

CXCIX.

Monachis S. Remigii in generalibus excommunicatiōnibus sive interdictis, oītis clausis officia, celebrazione permittit.

(Veronæ, Sept. 26.)

[VARIN, Archiv. administ. de Reims, tom. I, p. 1, pag. 398.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et monachis B. Remigii Remensis, etc.

Præsentis scripti pagina duximus statuendum ut cum generale interdictum terræ fuerit, licet vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, submissa voce, divina officia celebrare.

Datum Veron., vi Kal. Octob.

CC.

Civium Remensium consuetudines et libertates a Willelmo archiepiscopo institutas confirmat.

(Veronæ, Oct. 1.)

[VARIN, ibid., p. 405.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis et civibus Remensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea quæ pro pacis fœdere roborando pīe intentionis studio, ab his qui in sublimitate sunt positi, statuantur, in sua debent firmitate persistere, et ex apostolicæ sedis gratia robur indeficiens obtainere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, honestas consuetudines et rationabiles libertates quas venerabilis frater noster Willelmus Remensis archiepiscopus, sanctæ Sabine cardinalis, apostolicæ sedis legatus, vobis ad custodiam pacis, pro justitia et æquitate servanda, concessit, et tam ipse, quam benignus in Christo filius noster Philippus, illustris Francorum rex, scripto authenticō roboravit, nos quoque ad interventum præcipue archiepiscopi memorati, ratas esse decrevimus, et eas vobis sicut in scriptis authenticis continentur auctoritate apo-

stolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio et communimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, Kalendis Octobris.

CCII.

Privilegium pro abbe monachisque Lacensis.

(Veronæ, Oct. 16.)

[GUNTHER, Cod. diplom. Rheno-Mosell., I, 446.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati et fratribus de Laco, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum subditorum vita prælatorum moribus instruatur, dignum est et consonum rationi, ut cum plebis devote religiosos viros sibi præfici postulat in pastores, ejus piis desideriis consensus facilis præbeatur. Unde quia ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod quædam parochialis ecclesia Crusthe, ad vestrum monasterium pertinens, per vos vel alios religiosos viros postulat gubernari, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut vacante ipsa ecclesia licet vobis in ea tres vel quatuor de fratribus vestris statuere, quorum unus episcopo præsentetur, qui ab episcopo curam animarum recipiens, ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeat respondere. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ xvii Kal. Novembbris.

CCIII.

Ad Walterum archiepiscopum Rothomagensem. — Non instituendos in ecclesiis, nisi qui vel sint aut proxime futuri sint sacerdotes, et residere ibidem paratis sint: nec minus idoneos, etiam si a patronis presentati fuerint.

(Veronæ, Oct. 16.)

[MANSI, Concil., XXII, 479.]

Lucius episcopus. . . . WALTERO Rothomagensi archiepiscopo. . . .

Quoniam sæpe in archiepiscopatu tuo dicitur eveneri, ut ex ecclesiis inibi constitutis inutilium institutio personarum scandalum inferat et gravamen, sollicitum te esse volumus et attentum, ut ita, Deo propitio, ecclesiæ ipse tuis temporibus ordinentur, quod et clericalis honestas inconvulsa permaneat, et ecclesiistarum status jugiter servetur illæsus.

Ideoque fraternali tuæ præsentibus litteris inhibemus, ne ad vicarios parochialium ecclesiistarum aliquos nisi tales admittas, qui vel sint, vel esse debent in proximo sacerdotes, et qui velint et possint in propria persona ecclesiis ipsis deservire.

Nulli præterea curam committi consenties animarum, nisi qui infra tempus quod a sacris can-

A nibus est præfixum, ad ordines sacerdotii possit et debeat promoveri. Porro si patroni ecclesiarum idoneas non præsentaverint tibi personas, licet tibi auctoritate nostra in ecclesiis ipsis, appellatione remota, congruos ordinare ministros, quibus ecclesiarum utilitas et in spiritualibus et temporalibus salubriter committatur.

Nulli ergo, etc.

Datum Veronæ, xvii Kal. Novembbris.

CCIII.

Clericis Osnabrugensis concedit facultatem condendi testamentum.

(Veronæ, Oct. 22.)

[MOSER, Osn. Gesch. IV, 109.]

B Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis clericis Osnabrugensis Ecclesiæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio clericorum juri tenemur prospicere et utilitati, atque ipsis contra maleficiorum incursus patrocinium nostrum fortius impertiri; ex parte siquidem vestra nostris est auribus intimatum quod laici consanguinitatis intuitu testamento quæ de propriis rebus condita sunt, sua temeritate infringant, non sinentes ea juxta dispositorum voluntatem impleri. Volentes igitur in hac parte vobis sollicitudine paterna prospicere discretioni vestra, auctoritate præsentium indulgemus ut condendi testamenta de quibuslibet propriis rebus vestris, juxta legum et canonum sanctiones, liberam de cætero habeatis facultatem, auctoritate nostra apostolica districtius inhibentes ne quis testamenta vestra canonice facta consanguinitatis obtutu violare ullo modo præsumat. Nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ jussionis et prohibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, excommunicationem omnipotentis Dei et B. Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, xi Kal. Novembbris.

CCIV.

Monasterio Cluniacensi assedit locum a Joceranno Grosso concessum.

(Veronæ, Oct. 23.)

[Bullar. Cluniac., 77.]

D Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Cluniacensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis potentium desideriis dignum est nos faciem præbere consensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente compiere. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, locum quem vobis nobilis vir Jocerannus Grossus, consentiente uxore sua, in allodio proprio et silva de Gron, ubi ecclesia in honorem Sancti Joannis evangelistæ ædificata dignoscitur, pia largitione concessit secundum limitationes terminorum, qui in scripto authentico ipsius continentur, et sicut

locus ipse a vobis cum appendiciis Juste et pacifice possidetur, vobis et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc.

Datum Veronæ, x Kalendas Novembris.

CCV.

Ad Radulphum Andegavensem episcopum.

(Veronæ, Oct. 27.)

[*Monice, Mémoires pour servir à l'hist. de Bretagne, I, 699.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Andegavensi episcopo, et dilectis filiis G. archidiacono, et J. archipresbytero Turonensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto monasterium S. Florentii Salmurensis specialius nostri ac B. Petri juris existit, tanto nobis debet esse molestius cum jura ipsius per aliquos imminui temeritatem audimus. Propositorum siquidem noveritis esse auribus nostris, quod cum cœnobium S. Melanii Redonensis ita spectat ad monasterium Salmuriense, quod unius monachi sint fratres alterius, et non debeat in eo abbas institui nisi de convenientia abbatis Salmuriensis, et de cœnobia ipsorum altero eligatur; quidam per potentiam nobilis viri G. Britanniae comitis, in jam dictum S. Melanii monasterium aliunde adductus, prædicto abbate Salmuriensi ac fratribus reclamantibus, est intrusus, et in illorum dispendium monasterium ipsum detinere contendit. Quia igitur quod nequiter actum est in eodem cœnobia ad rectitudinis convenit tramitem revocari, discretioni vestrae per apostolica scripta præcipiendo mandavimus quatenus utramque partem ad restraint audientiam convocantes, audiatis rationes et allegationes hinc inde propositas, et causam ipsam mediante justitia terminetis.

Datum Veronæ, vi Kal. Novembris.

CCVI.

Monasterio Altembergensi villam Isacherode asserit.

(Veronæ, Oct. 29.)

[*LACOMBLET, Urkundenbuch, I, 347.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati et fratribus Bergensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota quæ a rationis trahite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu alodium villæ Isacherode cum omnibus pertinentiis suis in ea immunitate et integritate in qua Willbelmus de Solebendorp et uxor ejus, de assensu et voluntate filiorum suorum, ob remedium animæ suæ illud vobis pro devotione dederunt et vos ipsum juste et pacifice possidetis, vobis et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ

A confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli apostolorum se noverit incursum.

Datum Veronæ, iv Kal. Novembris.

CCVII.

Mauritio episcopo Parisiensi concedit ne feoda Parisiensis episcopatus sine consensu ipsius obligari possint, vel vendi.

(Veronæ, Oct. 30.)

[*Theodori Penitentiale, II, 638.*]

LUCIUS, MAURITIO Parisiensi episcopo.

Devotionis et probitatis tuae meritam exigere comprobatur, ut quod aliis communii jure debetur, B fraternitati tuae, quæ id humiliter et devote requirit, speciali indulgentiæ largitate, per officium quo fungimur, concedatur. Eapropter, venerabilis in Domino frater, presentibus tibi litteris indulgemus, ne aliqua ecclesiastica sæcularis persona feoda tua sine consensu, sub pignore recipere aut emere aliqua auctoritate præsumpat. Si quis autem hoc attentare præsumperit, et contractus sui dispensandum et indignationem nostram se noverit incursum.

Datum Veronæ, iii Kal. Nov.

CCVIII.

Abbatibus monasterii S. Georgii in Silva Nigra usum mitræ, chirothecarum et Sandaliorum concedit.

(Veronæ, Oct. 31.)

C [*GERBERT, Codex diplomaticus Historie Silve Nigrae, p. 109.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio MANEGALDO abbatii S. Georgii de Silva Nigra salutem et apostolicam benedictionem.

Cum monasterium tuum, cui auctore Deo præesse dignosceris, speciale beati Petri juris existat, et regularis observantia polleat disciplinæ, dignum est, ut honori tuo, cui ejusdem monasterii sollicitudo administrationis incumbit, et illorum, qui, largiente Domino, in eadem tibi cura succendent, specialius intendamus, et in quantum cum D. mino possumus, tuis pliis desideriis optatum in Domino de indulgentia sedis apostolicae impertiamus affectum. Hac siquidem ratione inducti, et consideratione venerabilis fratris nostri Gofredi patriarchæ Aquileiensis qui nobis pro te et ecclesia tua affectuosis precibus supplicavit, nihilominus provocati, usum mitræ, chirothecarum et sandaliorum in precipuis solemnitatibus, tam in missarum solemnitatibus, quam in ecclesiæ tuae possessionibus de apostolicae sedis clementia tibi et canonici successoribus tuis concedimus, et presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli quoque omnino hominum licet paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contra hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, ii Kalend. Novemb.

CCIX

Ad Philippum archiepiscopum et B. praepositum Coloniensem.

(Veronæ, Oct. 31.)

[GUNTHER, *Cod. diplom. Rheno-Mosell.*, I, 447.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri Pn. archiepiscopo, et dilecto filio B. praeposito Coloniensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Transmissa nobis dilectorum in Christo filiarum nostrarum magistræ et monialium de Dunewalt querimonia patefecit, quod abbas et fratres Lacensis ecclesiæ super decimarum præstatione novem mansorum a qua secundum Romanorum pontificum privilegia sunt immunes, et de quibus diocesano episcopo debitam justitiam solvunt, eas irrationaliter vexare præsumunt. Unde discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus prædictos fratres Lacensis ecclesiæ ad complementum justitiae memoratis monialibus exhibendum per censuram ecclesiasticam sine appellationis obstatu compellatis.

Datum Veronæ, ii Kal. Novembris.

CCX.

Episcopo Senogallensi mandat, ne Ecclesiæ Ravennatis privilegia laedi sint.

(Veronæ, Nov. 4.)

[RUBEI, *Hist. Ravenn.*, p. 356.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri... Senogalien. episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum ex injuncto nobis officio universis simus ecclesiis debitores, eo Ravennati specialius temerari adesse, quo antiquius in Christiani nominis confessione fundata, præest pluribus, et proficit ad salutem. Cum igitur in episcopatu tuo, et in aliis iura ipsius a pluribus perturbentur, unde non modicum per reprobatorum malitiam, in suis noscitur possessionibus diminuta, fraternitatem tuam mortuam in Domino, et præcipiendo mandamus, quatenus ei in suis justitiis tam prompta et sollicita charitate assistas, et parochianos tuos, de quibus ad te querela pervenerit, appellatione remota, excommunicationis caesura compellas, ut archidiacono et fratribus ipsius Ecclesiæ super omnibus, que requirent, justitiae non differant plenitudinem exhibere.

Dat. Veronæ, ii Non. Novembris.

CCXI.

Conventui S. Remigii Remensis et decimam de Besenes et privilegia quædam asserit.

(Veronæ, Nov. 8.)

[VARIN, *Archives administratives de Reims*, t. I, part. I, page 406.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui S. Remigii.....

Vestrī postulationib⁹ grato concurrentes assensu, quod in decima de Besenes juste et paci-

A fice obtinetis vel possidetis, auctoritate vobis apostolica confirmamus; nihilominus vobis praesentibus litteris indulgemus ut sicut in authentico venerabilis fratris nostri Remensis archiepiscopi [W.] tituli S. Sabinæ cardinalis, apostolice sedis legati, rationabiliter continetur, sententiam in malefactores vestros canonice promulgatam, sine pro missa condigna satisfactione, vel sufficienti cautione de parendo mandato ecclesie, nemini licet relaxare. Mansionarios insuper villarum S. Remigii, si alias duxerint divertendum, nisi terras dimittere sponte voluerint, solutioni nibilominus proventuum et reddituum et terrarum oneribus, sicut in eodem memorati Remensis (archiepiscopi?) privilegio canonice invenitur expressum, decernimus subjacere. Ad hæc autem, cum in ecclesia S. Timothei duodecim sint canonici constituti, ut vel in propria persona beneficiis sibi concessis deserviant, vel si absentes esse decreverint, vicarios idoneos pro se servituros instituant, præsentis scripti pagina ceusemus in posterum obtinere, alioquin beneficia eorum aliis qui serviant conferendi vobis liberam concedimus præsenti indulgentia facultatem; statuentes ut nulli omnino, etc...

Datum Veronæ, vi Idus Novembris.

CCXII.

Sententiam de præbenda ecclesiæ S. Exuperii Corboliensis ab I., quondam episcopo Carnotensi, latam inter eandem ecclesiam ei monasterium S. Dionysii confirmat.

(Veronæ, Nov. 13.)

[DOUBLET, *Hist. de S. Denys*, t. I, p. 515.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et monachis beati Dionysii, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea quæ judicio vel rationabili concordia terminantur firma decet et illibata manere, et ne alicuius valeant malitia perturbari scripti debent memorie commendari, apostolicoque præsidio communiri. Cum autem inter monasterium vestrum et ecclesiam Sancti Exuperii Corboliensis super integritatem præbendæ ipsius ecclesiæ quam vos ad prioratum Beatæ Mariae de Campis dicebatis de jure spectare, controversia verteretur, bonæ memorie quondam Carnotensis episcopus, cui causa ipsa fuerat de apostolico mandato commissa, inter vos taliter statuit in iis qui pro tempore fuerit prior in jam dicta ecclesia Sanctæ Mariae de Campis præbendam ipsam cum integritate percipiat, et deserviat per vicarium. In eadem ecclesia qui majorem missam ibidem in festo Sancti Exuperii celebrabit, vel si maluerit per alium faciet celebrari. Nos igitur quod episcopus statuit super præbenda ipsa, sicut rationabiliter factum est et in scripto ejusdem episcopi plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ

confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc.

Datum Veron. Idus Novemboris.

ANNO 1185.

CCXIII.

Balduno, archiepiscopo Cantuariensi susceptum munus gratulatur, palliumque per Transmundum, notarium suum, mittit.

[TWYSDEN H. A. Script., t. I, p. 627]

Quanto de persona tua laudabilis conversatio-
nis odor et probatae honestatis opinio jamdudum
ad nostram notitiam plenius emanarunt, tanto nos
et fratres nostri majori gaudio exsultamus in Do-
mino et omnipotenti Deo gratiarum exsolvimus
actiones quod Cantuariensem ecclesiam solita mi-
seratione respiciens, te ad regimen ipsius vocavit,
ut qui in pluribus probatus fueras et fidelis in-
ventus, invitante Domino ad altiora condescendens,
odoramentis virtutum tuarum plures reficias ad
salutem et commendanda opera tua eo pretiosius
enitecant, quo excellentiorem locum obtiuueris
dignitatis. Credimus enim factum esse a Domino
et est acceptabile in oculis nostris, quod cuncto-
rum vota in electionem tuam divinitus inspirata
consenserunt et te apice dignitatis ad quam tan-
quam Aaron a Deo es vocatus, uno ore et consone-
nis vocibus dignissimum protestantur. Inde siquidem
fuit quod nuntios excellentiae regiae et tam
sufraganeorum quam capituli ecclesiae Cantua-
riensis viros, utique providos et discretos, alacri-
mente et debita benignitate suscepimus et electio-
nem tuam quam ex litteris quas gestarunt et re-
latione propria canonicam esse cognovimus ac Deo
et hominibus approbatam, hæc deliberaatione
cum fratribus nostris sub congrua celeritate et
gratia curavimus confirmare. Pallium præterea
plenitudinem pontificalis officii fraternitatii tuæ
concessimus, et ipsum per dilectum filium Trans-
mundum notarium et familiarem nostrum et sub
alis nostris ab antiquo nutritum duximus trans-
mittendum.

CCXIV.

*Privilegium priari Carthusiensi et omnibus ordinis
fratribus concessum.*

(Veronæ, Jan. 8.)

[*Privilegia ord. Cartus., fol. 2b.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filii priori Carthusiensi et omnibus fratribus ejus-
dem ordinis salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto ferventius observantia regulari faciente
Domino insudatis, tanto sincerius universitatem ve-
stram diligimus et quieti vestræ attentius debemus
et volumus providere. Eapropter vestris postulatio-
nes annuentes, auctoritate vobis apostolica indul-
gemus ut si tempore ordinationum, diœcessano epi-
scopo requisito, ejus habere copiam nequieri-
tis, liceat vobis aliud catholicum de cuius ordina-

tione nullum proprium antistitem dispendium timere
oporteat invitare; qui auctoritate nostra quod po-
stulaveritis largiatur. Nulli et hominum omnino
liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere,
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc
attentare præsumperit, indignationem omnipoten-
tis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus
cognoverit incursum.

Datum Veronæ, vi Idus Januarii.

CCXV.

Privilegium pro monasterio Sancti Gisleni.

(Veronæ, Jan. 12.)

[*REIFFENBERG, Monuments, VIII, 396.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filii Lamberto, abbati monasterii Sancti Gisleni,
ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris re-
gularem vitam professis, in perpetuum.

Effectum justa postulantibus indulgere et vigor
æQUITATIS et ordo exigit rationis, præsertim cum
potentium voluntates et pietas adjuvat et veritas
non relinquitur. Eapropter, dilecti in Domino filii,
vestris justis postulationibus clementer annuimus
et præstatum monasterium in quo divino mancipati
estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione
suscipimus et præsentis scripti privilegio commu-
nimus, imprimis siquidem statuentes ut ordo mona-
sticus qui secundum Deum et Beati Benedicti Regu-
lam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur,
perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observe-
tur. Præterea quascunque possessiones, quæcumque
bona idem monasterium in præsentiarum juste et
canonice possidet, aut in futurum concessione
pontificum largitione regum vel principum, obla-
tione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio,
poterit adipisci, firma vobis vestrisque successori-
bus, et illibata permaneant. Ib quibus hæc propriis
duximus exprimenda vocalulis :

Locum ipsum in quo præstatum monasterium si-
tum est, cum omnibus pertinentiis suis; villam
Hornut cum pertinentiis suis; in villa Slogia cur-
tem dominicatam et carrucatam terræ arabilis
cum curtibus et omni decima tam ipsius terræ
quam omnium feodorum ejusdem villæ et de terris
tam cultis quam incultis; de curte Sancti Petri,
decimas sicut hactenus habuistis; decimam de vi-
næ Hugonis, villare quod dicitur Ultra Montes cum
pertinentiis suis, et ejusdem loci ecclesiam cum
appendiciis suis Arminiaco et Bewermiis; decimam
de curte et de terris Sancti Landelini; in Novella
terræ arabilem unius carrucatæ; quartam partem
villæ Blegiis cum pertinentiis suis et districto; in
in villa quæ dicitur Wamia allodium Gonteri, et
Ægidii filii ejus de Cing, terramque Hugonis
Ængien cum aliis terris, curtibus, redditibus,
pratis et silvis; partem villæ Durni cum villa et
districto; villam Waherias et curtem dominicatam,
ab omni advectione et decima liberam; ecclesiam
quæ sub anno censu centum solidorum Camero-
censis mouet ab ecclesia Sancti Gaugerici possi-

detis; in villa Chavren, curtem dominicatam cum A terris, pratis, aquis, silvis et curtibus, et portione decimæ ab omni dominio libera et ab aliis partibus divisa; in villa quæ dicitur Harcheis tres fertones ad pondus Flandriæ, quos Alnensis debet ecclesia pro terra Heluidis; in Resbaco curtem dominicatam et tres partes totius allodii, tam in terris quam in sylvis, in aquis, pratis et redditibus cum districto. Apud Runcherias sex marcas argenti ad pondus Colonizæ quas debet Camberonensis ecclesia sub annuo censu, pro ejusdem loci terris, et altari cum capella de Herieriponte; altare de Cella cum appendiciis suis Belgiis, Hercana, Astices et Slogio; ecclesiam de Willari cum appendiciis suis Harmanniaco et Beweniis; ecclesiam de Wamiis cum suis pertinentiis Wamiolo et Resiniis; Bassecles cum appendiciis suis; Altregium cum capella de villa, cum appendiciis omnibus ab omni exactione liberum præter episcopi obsonium. Apud Imbrechis curtem et terras dominicas cum pratis et aquis, et duas partes communis allodii ab omni exactione liberas; altare de Bossut a personatu et omni exactione liberum, præter annum sex deniariorum redditum pro episcopi obsonio; altare de Baldurno cum appendicio suo Villerot ab omni exactione liberum, præter annum trium solidorum redditum pro episcopi obsonio; altare de Eligniis et de Tumaides; capellam de Ramagniis a personatu et omni exactione liberam præter episcopi obsonia; Abeceias cum appendiciis suis Belchi, Molembais, Popiola Petrewex et aliis appendiciis suis; altaria quoque a bona memoriae Nicolao quandam Cameracensi episcopo vobis collata et ejusdem privilegiis confirmata; Harcuis cum appendiciis Grandi Ecclesia et Stambrusia, et capella de Equi-campo; altare de Blato liberum et sine personatu; capellam de Weltes liberam præter sonegium duodecim deniariorum, altare de Thulin cum appendicio suo Hainin; altare de Hunceniis, altare de Herseela, altare de Rascengen, altare de Humberges, altare de Goi cum terra et aliis appendiciis suis; altare de Lovegniis cum appendiciis Dolziis et capella de Squeri; capellam de Fait et capellam de Herieriponte, liberas ab omni exactione et personatu. In villa Alemannis curtem dominicatam et decimam ipsius curtis et terræ ad eamdem villam pertinentem, in terris, vineis, pratis, silvis, et quæque in pago Suessionensi juste et pacifice possidetis; curtem et terras dominicas apud Altregium et partes communis allodii in terris, aquis, pratis, silvis et redditibus, ab omni exactione et ad-vocatione liberas; villam Bassecles cum omnibus appendiciis suis, et villicationem ejusdem villæ in eleemosynam vestro monasterio concessam cum libertatibus et pertinentiis quas prædicta beneficia hahere noscuntur.

Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liccat quoque vobis

A clericos vel laicos e sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retiuerem. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liccat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communis consensu, vel fratum pars consilii senioris secundum Dei timorem et Beati Benedicti Regulam præviderint eligendum. Antiquas quoque et rationabiles consuetudines, libertates etiam et immunitates eidem monasterio rationabiliter concessas et hactenus observatas auctoritate apostolica confirmamus. Inhibemus insuper ne quis in vos vel ecclesias vestras, sine manifesta et rationabili causa, excommunicationis vel interdicti sententiam audeat promulgare.

B Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodiis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diœcesanorum episcoporum canonica justitia.

C Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine distinctæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructus bonæ actionis percipiunt; et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus.

D Ego Joannes tituli Sancti Marci presbyter cardinalis.

Ego Laborans presbyter cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tiberim, tit. Calixti.

Ego Hubertus presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Pandulphus presbyter cardinalis tit. Basilicæ XII Apostolorum.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis.

Ego Joffredus Sanctæ Mariæ in Via Lata diaconus cardinalis.

Ego Albinus Sanctæ Mariæ Novæ diaconus cardinalis.

Datum Veronæ per manum Alberti, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, n^o Idus Januarii, indictione III, Incarnationis Dominiæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno quarto.

CCXVI.

Joanni priori et fratribus de Valle S. Joannis Seitzenensis permittit, ut episcopum quemcumque invitent ad ordines accipiendo si tempore ordinacionis diœcesanus nequeat.

(Veronæ, Jan. 23.)

[MANSI, Concil., XXII, 479.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis JOANNI priori et fratribus de Valle Sancti Joannis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto ferventius observantia regulari, faciente Domino, insudatis, tanto sincerius universitatem vestram diligimus, et quieti vestræ attentius debemus et volumus providere. Eapropter vestris postulationibus annuentes auctoritate vobis apostolica indulgeamus ut, si temporibus ordinationum diœcensi episcopi copiam habere nequiveritis, licet vobis alium catholicum invitare, de quo diœcesanum non oporteat timere antistitem, quod talis ordinationis occasione terminos episcopatus sui in aliena jura velit extendere, et ipsius diœcensi minorare. Qui vocatus, auctoritate nostra, quod postulaveritis largiatur: nec id a vobis in posterum quasi debitum requirere possit.

Nulli ergo omnino hominum licet banc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatissimi Petri et Pauli apostolorum ejus, se neverit incursum.

Datum Veronæ, x Kalendas Februarii.

CCXVII.

Adelberto archiepiscopo Salzburgensi ejusque suffraganeis commendat monasterium Rotense.

(Veronæ, Febr. 20.)

[Monum. Boica, t. I, p. 368.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus N. Salzburgensi episcopo et suffraganeis suis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum universis Dei Ecclesiis ex injuncto nobis administrationis officio contra perversorum incursus patrocinium teneamur apostolicum impetriri: locis tamen regularibus instituti obnoxii et ad nos ac Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentibus diligentius debemus adesse, et ad conservationem eo-

rum juris fratres nostros episcopos provocare. Inde est quod cum Rotense cœnobium, quod specialius B. Petri et nostri juris existit, plurimis sepe molestiis agitur, ipsum fraternitati vestræ duximus attentius commendandum: per apostolica scripta præcipiendo mandantes quatenus cum super investituris Ecclesiarum vel amissione possessionum suarum seu gravaminibus aliis ab aliis vobis vel alicui vestrum fuerit querela proposita, eos clementer auxiliatis et malefactores, per ecclesiasticam censuram, ab eorum molestatione cessare, et restituere res atlatas, sicut justum fuerit, sine appellationis obstaculo compellatis, ita quod et fratres in eo manentes, vestra faciente sollicitudine, quiete valeant Domino famulari, et nos, cum audierimus, debeamus, gratum habere.

Dat Veronæ x. Kal. Martii

CCXVIII.

Ecclesias S. Marie Ratisponensis protectionem suscepit jureque confirmat.

(Veronæ, Febr. 27.)

[RIED. Cod. diplom. Ratisb., I, 263.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Erbordo decano et canonicis S. Marie Ratispon. quæ dicitur antiqua capella, tam præsentibus quam futuriis, canonice substituendis in perpetuum.

Pie postulatio voluntatis effectu debet præseque completri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfataam ecclesiam Sanctæ Mariæ Ratispon. quæ dicitur antiqua capella, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Alexandri papæ, prædecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canoalice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda

D vocabulis: Ecclesias in vestro fundo sitas, Rotigen scilicet cum appendiciis suis, ecclesiam Nitenow cum appendiciis suis, ecclesiam Cydelarn cum appendiciis suis, ecclesiam Phaphenchoven cum appendiciis suis, ecclesiam Mosheym cum suis appendiciis, ecclesiam Euningen cum appendiciis suis, predium Wolfshartstorf cum appendiciis suis, curiam in suburbio civitatis sitam cum appendiciis suis, curiam Helkeringen cum quatuor vineis, quinque vineas in monte ad præbendam pertinentes, et sex ad oblationem eum earum appendiciis; decimationes etiam omnium vinearum in termino vestro sitarum. Statuimus autem ut decadente præposito vestro, qui pro tempore fuerit, nullus ibi subreptio-
nis astutia seu violentia orædonatur, nisi quem

fratres communis consensu vel fratrum pars consilii A sanioris secundum Deum providerint eligendum. Inhibemus etiam ne praeposito liceat ulla curias, decimas, mansos seu aliud beneficium ecclesiae vestrae collatum alicui personaliter dare vel locare, seu alio modo alienare sine communis consensu capituli aut majoris et sanioris partis; nihil etiam de bonis ecclesiae in usum suum convertat, priusquam prælenda fratrum plenarie, sicut ab antiquo statutum est, fuerit dispensata, et cellarario, quem fratres utilem ac fidem sibi elegerint, ad dispensandum commissa. Praeterea de oblationibus, quæ sui juris non sunt, nihil sibi vindicare præsumat, sed camerarius oblationum, qui specialiter ex antiqua et rationabili institutione ad eas observandas distribuendasque præficitur, debita provisione dispenset. De vino vero sive de cerevisia fratrum nihil subtrahat, nisi quæ ad portionem suam juxta ecclesiae vestrae consuetudinem noverit pertinere. Interdicimus insuperne præpositus ecclesias vestras contra justitiam aliqui ipse tantum sacerdoti concedat, sed cum decano et aliis fratribus in capitulo residens sacerdotem honestæ conversationis eligat, et electum cum aliis senio.ibus episcopo repræsentet, a quo animarum curam recipiens ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeat respondere. Auctoritate quoque apostolica nihilominus duximus prohibendum, ne advocatus vester locum ipsum, vel quæ ad eum pertinent, gravare seu quibuslibet indebitis exacti- C nibus fatigare præsumat, sed his, quæ antiquitus sibi concessa sunt et ad justitiam suam pertinent, contentus existat. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Hæc autem omnia, sicut ab antiquo statuta sunt et servata, vobis et per vos eidem Ecclesie auctoritate apostolica confirmamus.

Decernimus igitur ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam tenere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro D quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sœularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove comonita; nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reæmque se divino judicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Iœi et Domini Relemporis nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini Jesu Christi, quatenus et hic fru-

ctum bonæ actionis percipient et apud districtum Ju- dicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Theodinus Portuen. et S. Reginæ sedis epis:

Ego Henricus Albanen. epis.

Ego Theobaldus Ostien. et Velletron. epis.

Ego Joannes presb. card. tit. S. Marci.

Ego Arditio diacl. card. S. Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diacl. card.

Ego Goffredus S. Mariæ in Via Lata diacl. card.

Ego Albinus. diacl card. S. Mariæ Novæ.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ trans Tiberin tit. Calixti.

B Datum Veronæ per manum Alberti, sanctæ Romanæ Ecclesiae presbyteri card. et cancellarii, III Kal. Martii, incarnationis Dominiæ anno 1184 pontificatus vero domini Lucii papæ III anno quarto.

Plumbum. Lucius PP. III.

CCXIX.

Privilegium pro monasterio Raitenhaselacensi et reliquis ordinis Cisterciensis cœnobiois.

(Veronæ, Mart. 4.)

[Monumenta Boica, III, 116.]

C Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus et aliis Ecclesiarum prælatis, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Audivimus, et audientes vehementi sumus admiratio commoci, quod cum fratribus de Raitenhaslach, sicut aliis omnibus Cisterciensis ordinis, a fratribus et prædecessoribus nostris concessum sit, et a nobis ipsis postmodum confirmatum, ut de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nemini decimas solvere teneantur, quidam ab eis extorquere præsumunt et sinistra interpretatione apostolica privilegiorum capitulum afferunt de novalibus debere intelligi, ubi de laboribus est inscriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus qui recte sapiunt interpretationem hujusmodi perversam esse et intellectu sano contraria; cum secundum capitulum illud a solutione decimaru tam de terris illis quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam etiam de terris cultis quas propriis manibus vel sumptibus excolunt sint penitus absoluti, ne illus contra eos materiam habeat malignandi, aut quomodolibet contra justitiam molestandi per apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus, quatenus omnibus qui vestra sint potestatis, auctoritate nostra prohibere curetis, ne a memoratis fratribus de Raitenhaslach vel a fratribus aliorum monasteriorum Cisterciensis ordinis, qui in episcopatibus vestris consistunt, de novalibus vel de aliis terris quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium suorum decimas præsumant quomodolibet extorquere. Nam si de novalibus vellimus tantum intelligi, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus, sicut

in privilegiis quorundam apponimus aliorum. Quia vero non est conveniens ut contra instituta sedis apostolicæ temere veniatur, quæ obtinere debent iuviolabilem firmatatem, per apostolica scripta ubique præcipieando mandamus, ut si qui canonici, clerici, monachi, aut laici contra privilegia sedis apostolicæ prædictos fratres decimarum exactione gravaverint, appellatione remota laicos excommunicationis sententia percellatis, reliquos autem ab officio suo susperratis et tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciat, usque ad dignam satisfactionem, inviolabiliter observari. Ad hæc præsentium vobis auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus si qui in fratres præscriptorum monasteriorum manus violentias injecerint, eos accensis candelis excommunicatos publice nuntietis et faciat, ab omnibus sicut excommunicatos strictius evitari, donec congrue satisfaciant prædictis fratribus et cum litteris diocesani episcopi rei veritatem continentibus apostolico se conspectui repræsentent.

Datum Veronæ. iv Non. Martii, pontificatus nostri. an. III [IV].

CXX.

Monasterii Parisiensis in pago Alsaciensi protectionem suscepit bonaque confirmat.

(Veronæ, Mart. 12.)

[Hugo, *Sacrae antiqu. monum.*, t. II, p. 282.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Wezilo abbati monasterii Parisiensis in pago Alsaciensi, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito revocet, aut robur, (quod absit!) sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer auniimus, et præfatum monasterium Parisiense in pago Alsaciense situm, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus.

In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et beati Benedicti Regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis temporibus ibidem inviolabiliter observetur.

Præterea quascunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omni-

A bus suis appertinentiis: Kinuelden, Lehen, Scheferwald, Arcenheim, Mochenheim, Egensheim, Forst, Mitelwile, Kolmere, als Paris, Rumimunt, Chazinthale, Tambach, Scroegin, Pfaffenhem, et Ruvache et Herlishem cum omnibus suis appertenentiis.

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere aut extorquere præsumat.

Liceat vobis quoque clericos vel laicos a seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere, aut eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus etiam insuper ut nulli fratribus vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere; discedentem vero absque communione litterarum cautione nullus audeat retinere.

Insuper apostolica auctoritate sancimus ut, quemadmodum a prædecessoribus nostris felicis memorie Innocentio, Eugenio et Alexandro Romanis pontificibus statutum est, nullus episcopus neque alia quælibet persona ad synodos vel ad conventus forenses vos invitatos compellat.

Sancimus etiam ut, si episcopus, in cuius parochia domus vestra fundata est, ter, sed per intermissionem temporis, cum humilitate ac devotione quamconvenit, requisitus, substitutum abbatem benedicere forte renuerit, licitum sit eidem abbati proprius novitios benedicere, et alia quæ ad ipsius officium pertinent exercere, donec idem episcopus duritiam suam recogitet, et benedicendum abbateru benedicere non recuset.

Paci quoque ac tranquillitatí vestre paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu granigliarum vestrarum nullus violentiam, vel rapinam, furtum committere, ignem apponere, hominem capere vel interficere audeat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salvæ sedis apostolicæ auctoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi flat aliena, atque in extremo examine divinæ ultiæ subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonum

actionis percipient et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Cardinales subscriperunt novem, scilicet episcopi tres, presbyteri tres, diaconi tres.

Datum Veronæ per manum Alberti, S. R. E., presbyteri cardinalis et cancellarii, in Idus Martii, indict. iii, Incarnationis Dominicæ 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno quarto.

CCXXI.

Ad Guillelmum episcopum Pictavensem. — De quibusdam abusibus in diœcesi Pictavensi corrigendis, etc.

(Veronæ, Mart. 13.)

[MARTEN., Thes., 620.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri GUILLELMO Pictavensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum sit in Lateranensi concilio constitutum ad immoderatam quorumdam avaritiam coercendam, et tollendam materiamurgiorum, ne beneficia ecclesiastica, donec vacaverint, promittantur, grave nobis est et molestum quod in diœcesi tua abbates et priores instituta salubria surda aure transire, et hujusmodi prmissiones illicitas facere perhibentur. Unde ne hæc enormitas, quæ salubri fuerat constitutione præcisa, vires ex dissimulatione resumens, perniciosa licentia denuo inolescat, fraternitati tuae præsentibus litteris indulgemus ut, hujusmodi prmissionibus irritatis, si occasione dissensionum quæ exinde frequenter emergunt culpa illoruim qui præsentationem habere noscuntur, ultra sex menses ecclesiæ vacare contigerit, liceat tibi de auctoritate apostolicæ sedis, omni contradictione vel appellatione cessante, de personis idoneis sine præjudicio tamen eorumdem in posterum ordinare. Nolumus autem ut ex hoc majoribus ecclesiæ vel debita reverentia minuatur. Ut etiam injunctum tibi officium tanto liberius exsequaris, quanto apostolicum tibi videris adesse præsidium, sollicitudini tuae præsenti auctoritate concedimus ut abbatissas et alias mulieres quæ in episcopatu tuo dominibus religiosis præesse noscuntur, per quarum insufficiantiam et negligentiam Deo devota seminæ observantiam religionis exorbitant, cum consilio dilectorum filiorum nostrorum Sancti Cypriani et de Pinu abbatum corrigeremus; et si inventæ fuerint contumaces, absque appellationis diffugio disciplina ecclesiastica coercere, ut quæ remediorum somenta non sentiunt, putrida ferro vulnera resecantur: salvis ecclesiæ quæ nullo mediante Romanj pontifici sunt subjectæ. Ad hæc autem præposituram Ecclesiæ tuæ cum vacaret, idoneæ assignandi personæ cum assensu majoris et senioris partis capitulo liberam tibi tribuimus facultatem. Quod si super ea, vel super alio ecclesiæ tuæ beneficio cuilibet conferendo tuæ devotioni scripsimus, arctari te nolumus mandatum apostolicum adimplere, sed

A nisi honesta persona et beneficio dignæ extiterit pro qua litteras apostolicas contigerit emittare. Hoc autem propter futuram ecclesiæ tuæ quæ vacaret proponitur... idonei assignandi tuis nobis litteris intimetur, ne forte per ignorantiam veritatis denuo tibi scribere compellamur. Cum vero de jure et consuetudine ad episcopum Pictavensem qui pro tempore fuerit pertinere dicitur in conventionalibus ecclesiis clericorum in diœcesi Pictavensi, et nihilominus in ecclesia Dauracensi unum canonicum facere præsenti pagina prohibemus, ne quis, appellationis prætextu, quod tibi competit in hac parte debeat impedire. Sane cum quidam viri religiosi qui ad unum prioratum regendum vix sufficiunt, plerumque duos ambitione damnabili appetant, et b delinere præsumunt discretioni tuae præcipimus ut hanc presumptionem compescas, et tam abbates quam archipresbiteros, decanos per tuam diœcesim constitutos ad suscipiendum ordinem sacerdotii, si idonei fuerint, appellatione remota, compellas. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis et prohibitionis infringere, vel ei ausu tenetario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Veronæ, iii Idus Martii.

CCXXII.

Privilegium pro monasterio de Valle S. Joannis Seizensi.

(Veronæ, Mart. 19.)

[TRÆLICH, Diplomataria sacra ducatus Styriæ, t. II, p. 65.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectus filiis Carthusiæ fratribus qui sunt in Valle S. Joannis, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis potentium desideriis facilem nos convenit præbere assensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, prædium de Gunuwitz in patriarchatu Aquilegensi, in quo sunt cellæ vestræ fundatae, cum usibus et appendiciis a dilectis filiis nostris, viris nobilibus, Otacher marchione de Styria, et Otacher duce, filio ejus, ordini vestro concessum, sicut illud juste et pacifice possidetis, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocino communimus. Hujus autem prædi termini, sicut in ejusdem marchionis rescripto habetur, sunt apices montium usque in vallem, et ex altera parte prædium Gurcensis ecclesiæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu tenetario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli app., ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, xiv Kal. Aprilis.

CCXXXIII.

Monasterii S. Mariae de Charitate protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat.

(Veronæ, Mart. 19.)

[*Hugo, sacri et canonici ordinis Præmonstr. Annales, t. II, Prob., p. 96.*]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis JOANNI abbatii S. Mariae de Charitate ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulam vitam professis in perpetuum.

Religiosorum vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursum, aut eos a præposito revocet, aut robur (quod absit!) sacrae religionis infringat. Quapropter, dilecti in Christo filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfata ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Charitate, extra civitatem Roderici sitam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, imprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini Regulam atque institutionem Præmonstratensium fratrum in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione, pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsuni in quo præfata ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis et possessionibus circumadjacentibus ; ecclesiæ S. Leonardi cum pertinentiis suis ; possessiones quas habet in Caldelis ; possessiones quas habet in Gassapos ; possessiones quas habet in Eltis ; asenias quas habet in rivo de Agada et domos quas habet in civitate Roderici. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, e sæculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere; discedentem autem absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clavis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare ; pro chrismate vero, oleo sacro, consecrationibus ecclesiarum, ordinationibus clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, sive abbate deducendo ad sedem, vel qui-

A buslibet aliis ecclesiasticis sacramentis, nullus a vobis, aut sub obtentu consuetudinis, aut quotilibet modo allo quidquam audeat postulare. Si quis autem contra hoc venire præsumperit, portionem cum Giezi se noverit habiturum, cuius factum exactione turpis muneris imitatur (IV Reg. v). Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, quæ se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnipotenti hominum fas sit præfata ecclesiæ temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, sed quibuslibet vexationibus fatigare ; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diocesanæ episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam venire tentaverit, secundo tertio commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, bonorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat ; atque in extremo examine divinæ ultiæ subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum Judicem premia pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius catholice Ecclesiæ episcopus.

Ego Joannes presbyter cardinalis, tituli Calixti.

Ego Laborans presbyter cardinalis tituli S. Mariane trans Tiberim.

Ego Hubertus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Damaso.

Ego Pandulphus presbyter cardinalis tituli basilice Duodecim Apostolorum.

Ego Albius tituli S. Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis.

Ego Theobaldus Ostiensis Velleriensis episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rudiaz sedis episcopus.

Ego Henricus Albaniensis episcopus.

Ego Arditio cardinalis diaconus Sancti Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diaconus.

Ego Soffredus S. Maræ in Via Lata diaconus cardinalis.

Datum Veronæ per manus Alberti, presbyteri cardinalis et cancellarii, xiv Kalendas Aprilis, indicti, Incarnationis Domini anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno IV.

CCXXIV.

Romani monasterii protectionem suscipit, immunitatemque talliarum seu aliarum novarum et indebitarum exactionum confirmat.

(Veronæ, Mart. 23.)

[*Mém. et Docum. de la société de la Suisse Rom., t. III, p. 588.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, priori et conventui Romani monasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro religiosorum locorum statu satagere et eorum paci et tranquillitati salubriter in posterum, auxiliante Domino, providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, eueniobium vestrum cum omnibus quae in praesentiarum rationabiliter possidet, vel in futurum justis modis, praestante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti patrocinio communimus, districtius inhibentes ne tales seu alias novas et indebitas exactiones archiepiscopi, episcopi, archidiaconi vel aliæ qualibet ecclesiasticæ personæ, a vobis vel a presbyteris vestris contra Lateranensis statuta concilii ulterius extorquere presumant. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ protectionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignatione omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se C noverit incursum.

Datum Veronæ, x Kalendas Aprilis.

CCXXV.

Privilegium pro monasterio S. Miniatis juxta Florentiam.

(Veronæ, Mart.)

[*Annal. Camaldul., IV, 128.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ALBERTO Sancti Miniatis ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularē vitam profes sis, in perpetuum.

Religiosam vitam diligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit! sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et abbatiani Sancti Miniatis, in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus; imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Denm et beati Benedicti Regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis in eo temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quas-cunque possessiones, quæcunque bona impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo præstante, poterit adipisci, firma tibi,

A tuisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis:

B Locum ipsum in quo memorata ecclesia sita est cum omnibus adjacentiis et pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Nicolai cum adjacenti parochia, sicut eam juste et sine controversia possidetis, a rivo scilicet Corbuli usque..... super Arnum; ecclesiam Sancti Petri juxta Imam cum curte et pertinentiis suis..... de Musciano cum pertinentiis suis..... decimationem..... quam habetis in..... de Intinnula..... et nunc pacifice possidetis; cam etiam quam habetis in plebe Sancti Petri..... to in territorio plebis Sanctæ Mariæ de Pineta; ecclesiam Sanctæ Mariæ de Quinto cum curte et pertinentiis suis, decimationem quam habetis in plebe Sancti Martini de Sexto; ecclesiam Sanctæ Mariæ de Novule cum curte et pertinentiis suis; decimationem quam habetis in toto plebato Sancti Martini de Corella cum curte et omnibus decimationibus et pertinentiis suis; ecclesiam Sanctæ Mariæ de Albuino cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Donati in piano majore; castrum Montis-Acuti cum ecclesia et pertinentiis suis; castrum Montis-Alti cum ecclesia, curte et pertinentiis suis; patronatum quem habetis in ecclesia Sancti Andreæ de Doccia; possessionem de Campi; decimam quam habetis in plebato Sancti Stephani de Campi; decimam quam habetis in plebe de Empuli; decimas de monte Crucis et de monte Fesuli, ecclesiam Sancti Petri de Camilia cum pertinentiis suis; omnem decimationem quam habetis in podio Sancti Miniatis et in plebe Sanctæ Reparatae, sicut hactenus eam canonico tentistis, et nunc sine controversia possidetis. Liceat vobis quoque clericos et laicos..... liberos et absolutos ad conversionem recipere, et eos sine contradictione retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit liceat vobis non pulsatis campanis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Antiquas et rationabiles consuetudines ecclesiæ vestreæ usque ad praesentia tempora observatas et decimas, quas a quadraginta annis usque nunc pacifice possidetis, vobis auctoritate apostolica roboramus et confirmamus. Sepulturam vero ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, qui se illic sepeliri deliberaverint, et extrema voluntati, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiaram a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præstatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minucere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diœcesani episcopi canonica justitia. Si

qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis per-
sona, etc.

ADJUVA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER.

Ego Lucius catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Theodorus episcopus Portuensis et Sanctæ Rufinæ sedis episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Joannes presb. card. tit. Sancti Marci.

Ego Laborans presb. card. Sanctæ Mariæ trans Tiberim, tit. Calixti.

Ego Pandulfus presb. card. tit. XII Apostolorum.

Ego Ardicio diaconus cardinalis Sancti Theodori.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus card.

Ego Soffredus Sanctæ Mariæ in Via Lata diac. card.

Ego Albinus Sanctæ Mariæ Novæ diac. card.

Datum Veronæ per manum Alberti, sanctæ Romanæ Ecclesiae presb. card. et cancellarii Martii, indictione tertia, Incarnationis Dominicæ anno 1184, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno IV.

CCXXVI.

Privilegium pro capitulo Pistoriensi.

(Veronæ April. 4.)

[ZACHARIA, Anecdota medii ævi 235.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis NIVALDO Pistoriensis Ecclesiae præposito, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animalium salutem pertinere monstratur, Deo auctore sine aliqua est dilatione complendum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annulmus, et prædecessorum nostrorum felicis memorie Urbani, Eugenii et Alexandri Romanorum pontificum vestigiis inharentes, hospitalem domum de Umbroncello, quam prædecessores vestri studiis et impensis suis construxisse noscuntur, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona prædicta domus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma ei et illibata permaneant in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

Decimarum, quæ vobis a populo dantur, parte in decimam, et laborum vestrorum decimas, quemadmodum ab iisdem prædecessoribus vestris unanimiter est statutum. Præterea ejusdem tenoris privilegium caeteris quoque per vestrum episcopatum sitis hospitalibus indulgemus. Ei videlicet quod juxta villam Quarratam ædificatum est, et quod juxta Caprariam oppidum, et quod in prato quod

A dicitur Episcopi, et quod juxta locum qui dicitur Crux brandeliana; hospitale de Docio, quod ab ædificatore Esnello nomine per scriptum publicum vobis concessum est; et quoque quod in Brisco prædecessorum vestrorum studiis impensisque ædificatum est. Quod nimurum prædicto vestro xenodochio de Umbroncello, quemadmodum a memorato prædecessore nostro statutum est, perpetuis temporibus subjectum esse decernimus. Quia vero extra urbes haec hospitales domus consistunt, hujus privilegii decreto statuimus ut infra unum stadium nemo juxta eas aliquem capere, prædar, aut hostiliter disturbare præsumat. Quarum omnium ordinaciones ac dispositiones vobis vestrisque successoribus ad exemplar præfati Alexandri papæ duximus B committendas, ut eorum qui in vobis religiosiores fuerint voluntate communi, communicato etiam fratrum Vallis Umbrosiane consilio, consensu quoque vestri episcopi, si Catholicus fuerit, nihilominus adhibito. Rectores eisdem dominibus præponantur qui secundum Deum earum curam habere et peribus eo convenientibus sollicite ministrare pro-
curent.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet easdem domos temere perturbare, aut in eisdem aliquem capere, aut eis subditas possessiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt usibus, eorumque saluti qui obtulerint, profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, etc.

Ego Lucius catholicæ Ecc. episcopus.

Ego Theodinus Portuensis Sanctæ Rufinæ sedis episcopus subscripti.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis, et Velletrensis episcopus.

Ego Joannes presbiter cardinalis tituli Sancti Marci.

Ego Laborans presb. card. tit. S. Mariæ trans Tiberim, ac Callixti.

Ego Umbertus tit. S. Laurentii in Damaso presb. card.

Ego Pandulfus presb. card. tit. Duodecim Apostolorum.

Ego Albinus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Melior presb. card. SS. Joannis, et Pauli, et Pamachii.

Ego Ardicio diac. card. S. Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis.

Ego Soffredus S. Mariæ in Via Lata diac. card.

Datum Veronæ per manum Alberti, S. Romanæ Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, u No-

nas Aprilis, indict. III, Incarnationis Dominicæ an.

1185 pontificatus verodomini Lucii papæ III anno IV.

CCXXVII.

Monasterii Scotorum S. Jacobi Ratisponensis tutelam suscipit possessionisque ac privilegiā confirmat.

(Veronæ, April. 10.)

[RIED, Cod. diplom. Ratisbon., II, 267.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GREGORIO abbatì monasterii Sancti Jacobi Ratisponæ, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit! sacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prædecessorum nostrorum felicis memoriarum Eugenii, Adriani, Alexandri Romanorum pontificum vestigiis inharentes prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæ cunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Deo, adipisci poterit, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptione astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communis consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et Beati Benedicti Regulam præviderint eligendum. Sane peregrinos et supervenientes hospites, si neque fuerint alicui Ratisbonen. Ecclesiæ parochiali jure subjecti, cum apud vos obierint, sicut in Ecclesia vestra de antiqua conuetudine est obtentum, liceat vobis nullius contradictione obstante ecclesiastica tradere sepulturæ, si sponte ibi voluerint sepeliri. Et quia quedam Ecclesiæ a vobis ordinem suscepserunt, quæ vestro regimini sunt subjectæ, ne in eis regularis observantia depereat disciplinæ, statim, ut, sicut consuetum est, majorum Ecclesiarum illarum personæ ad monasterium vestrum semel in anno accedant, ubi et correctiones excessivæ et instituta ordinis a vobis suscipiant humiliter et obseruent.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare seu possessiones ejusdem auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimode profutura, salva Ratisponen. Episcopi canonica justitia. Si qua igitor in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, etc.

A Ego Lucius catholicae Ecclesiæ episcopus.

Deinde sequitur subscriptio x cardinalium.

Datum Veronæ per manum Alberti, sanctæ Romæ Ecclesiæ presbyteri carinalis et cancellarii. iv Idus Aprilis, indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1185, pontificatus vero domni Lucii papæ III, anno iv.

CCXXVIII.

Bulla pro capitulo S. Martini Turonensis.

(Veronæ, April. 17.)

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decau, thesagrario et capitulo Sancti Martini Turonensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto specialis ecclesia vestra beati Petri B juris existit et a prædecessoribus nostris majorem prærogativam obtinuit libertatis, tanto amplius ejus necessitatibus compatimur, et commodis et quieti attentius debemus et volumus providere. Quapropter, abjurationem communia vel conjurationis, quam de consilio fratrum quassavimus, quoque nomine censeretur, receptam per venerabilem fratrem nostrum W. Rémiensem archiepiscopum Sanctæ Sabinæ cardinalem, apostolicæ sedis legatum, et per dilectum filium albatem Majoris Monasterii quibus hoc fuerat a nobis commissum ratam habentes, auctoritate apostolica confirmamus, sub intermissione anathematis inhibentes ne quis ad eam deinceps sub quacunque occasione aspiret. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis et prohibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotenti Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veron., xv Kalend. Maii.

CCXXIX.

Fundatio monasterii de Trutenhusen ordinis sancti Augustini diaecesis Argentinae, seu potius ejusdem foundationis confirmatio.

(Veronæ, April. 20.)

[Gall. Christ. nov., V, Instr. p. 486.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus HERRARDI abbatissæ, et sororibus in monasterio Hohenburg tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum, apostolicam benedictionem, et perpetuae saلاتi jucunditatem.

Totius Ecclesiæ fidelibus paterna dilectione familiariter insinuamus, quod audientia nostræ veridica assertione relatum est, qualiter Fridericus dux, pater Friderici imperatoris, ecclesiam, quæ dicitur Hohenburg, in honore sancte Dei genitricis Mariæ suudatam, in qua requiescit corpus S. Odiliae virginis, per indiscretam rerum invasionem disturbaverit, et usque ad tempus filii sui Friderici imperatoris pene destructam reliquerit; ipse vero Fridericus Romanorum imperator divina gratia instinctus, pro tam miserabili patris delicto graviter

doluit, et æterni Regis gratiam reconciliare volens, præsatam ecclesiam consilio spiritualium personarum restaurare elaboravit, et sicut ab eis didicit, religiosam et idoneam personam, nomine Rilint, eidem ecclesiæ præfecit. Hæc enim, dum regimen ecclesiæ feliciter suscepit, pro Dei amore destructa diligenter reædificans, dissipata strenue plantans, auxilio et consilio Burkardi Argentinensis episcopi, aliorumque spiritualium, ipsam ecclesiam ad honorum Dei prudenter, et honorifice reformavit, omnemque divinæ legis religionem, ac canonicæ disciplinæ rigorem secundum Regulam beati Augustini inibi pleniter informavit; quam studii normam succedens ei abbatisse dilecta in Christo filia nostra Herrat fideliter in omnibus bonis secura, inter cætera utilitatis opera, quibus invigilavit, præedium in Trutenhuse cum conventu suo, et cum Gunthero de Vinbege, a quibusdam ministerialibus ipsius cœnobii comparavit, et super majus altare in Hohenburc ea conditione tradidit, ut ad honorem Dei et Hohenburgensis cœnobii, per laborem suum præpositura ibi canonicorum regularium fundaretur, qui secundum beati Augustini Regulam, et consuetudinem Marbacensis ecclesiæ, institui et permanere deberent: hoc autem favore et consilio charissimi in Christo filii nostri Friderici, Romanorum imperatoris semper augusti, et consensa ecclesiæ ipsius ministerialium, approbatione quoque bonæ memorie Petri Tusculanensis episcopi, tunc apostolicae sedis legati, et Henrici Argentinensis episcopi statuit et construxit primum ibi capellam ad honorem Dei, ac memoriam B. M. sive per virginis, et curtum cum ceteris ædificiis, donec construeretur ibi major ecclesia, id est, monasterium in memoriam beati Nicolai, cum claustralibus officiis, videlicet cum hospitali pauperum, et hospitio advenientium hospitum, ceterisque ædificiis ecclesiæ necessariis, in quo duodecim canonici, cum idoneo præposito ejusdem ordinis collocandi sunt, qui sub regulari professione degentes, Hohenburgensis cœnobii abbatissis omniq[ue] collegio in negotiis spiritualibus seu temporalibus, prout abbatisse, et necessitas cœnobii postulaverit, in timore Dei devote obtemperent, nec aliquo temerario ausu Hohenburgensem ecclesiam superbe inquietent, quibus utique præfata ecclesiæ in Trutenhuse ordinatione tali, ut prædictum est, fundatæ dare decrevit, cum prædictorum assensu, duarum hebdomadiarum stipendia præbendarum, non ad privatum usum, sed ad communem utilitatem distribuendarum, duas scilicet carratas vini, et duo talenta Argentinensium denariorum, et viginti octo maldros byzantinis frumenti, et quatuordecim maldros hordei, et beneficia in inferiori Ehenheim, et in Rodesheim sita ad easdem præbendas pertinentia, et decimationem Salicæ terræ in Sunthusen, decimas quoque Salicæ terræ in Egensheim ad easdem præbendas pertinentes, et quidquid præposito, vel vicariis suis ad manus oblatum fuerit in Hohen-

buc. Insuper quoque ad eorundem usum modo concessit in Gokkeswilre triginta duo frugisera jugera, et dimidium, et duo vinisera, cum arbusulis, et duos hortos, et curtum; in Bercheim vero concessit illis quatuordecim jugera et unam curtum, in Heilingenstein quoque septem jugera vinisera, quæ omnia non pertinent ad præbendas. Ad hæc etiam concessit illis ex integro ipsum allodium Trutenhusen. Statutum est itidem, ut quilibet præpositus in Trutenhusen, cum voluerit, Hohenburgensem ecclesiam visitet, et missarum solemnia secundum ordinem ipsius ecclesiæ celebret, ac duos ex canonicis suis religiosos et idoneos hebdomadarios in Hohenburg semper constitut servituros. Quod si prædicti sacerdotes aliquando commutandi fuerint, præpositus, absque ulla contradictione abbatisse, libere eos ad claustrum revocans, alios idoneos restituere curet, qui de monte, sine licentia abbatisse, non reedentes divina officia absque ullo gravamine secundum consuetudinem Hohenburgensis ecclesiæ celebrare non recusent. In Purificatione quoque S. Mariæ, et in die Palmarum, et in Cœna Domini, et in Nativitate, ac Decollatione S. Joannis Baptiste, et in Assumptione S. Mariæ, et in festivitate S. Michaelis, et Omnium Sanctorum ad monasterium Hohenburgense, si inevitabilis causa non impedit, missam solemnem celebratus, annuatim veniat, et etiam in festo S. Odilie, ac in capelle ejus dedicatione et in Nativitate Domini missam diurnam priorem celebret.

Quod si præpositus, et canonici sui hæc privilegii decreta neglexerint, ecclesiamque Hohenburgensem irrationabili gravamine inquiete perturbarerint, abbatisse et conventus præbendas ac beneficia ad præbendas pertinentia subtrahant; et aliunde sibi sacerdotes, quos voluerint, quietos et religiosos sibi provideant, isti vero officia in missarum solemnibus prius sibi concessa amplius in monte Hohenburg, nisi permissione abbatisse et conventus, sicut et alieni celebrare non audeant. Simili quidem modo, si Stivagiensis abbas, et canonici sui Hohenburgensem ecclesiam per injustam contradictionem contentiose impugnaverint, nec privilegii sui statuta a manu Hohenburgensis abbatisse data, mansuetæ obtemperando, observaverint, locus Gorgonii, qui est præbenda unius hebdomadarii, cum omnibus appendiciis suis, quem quilibet Stivagiensis abbas ab Hohenburgensi abbatisse accipere debet, ceteraque beneficia de Hohenburg accepta, eis subtrahantur, aliique sacerdotes idonei pro libitu abbatisse et conventus aliunde elegantur; ipse autem amplius in monte Hohenburg missarum solemnia, quemadmodum alieni, nisi permissione abbatisse, celebrare non audeant. Unanimi quoque consilio et consensu decreatum est, ut uno quoque præposito in Trutenhusen a presenti vita decerente, vel mutato, fratres inibi commorantes idoneam et religiosam ordinis sui personam elegant,

et ipse electus investituram præposituræ de manu Hohenburgensis abbatissæ absque ulla contradictione primo aditu per librum gratis accipiat. Adjectum est nihilominus ut ecclesia in Trutenhusen sub Hohenburgensis advocati patrocinio defendatur, et quælibet sacerdotalis causa inibi ventilanda in judicio ipsius advocati discutiatur. Nunc igitur, quia hæc pia religiosaque statuta nostro confirmari inunimine, atque apostolica protectione vallari prædicta filia nostra Herrat venerabilis abbatisa petivit, nos petitioni suæ benigno concurrentes assensu, prædictam constitutionem auctoritate apostolica confirmamus, et locum ipsum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quacunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium impræsentiarum justa et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma fratribus eorumque succendentibus et illibata permaneant.

Liceat quoque illis personæ liberas et absolutas a sæculo fugientes ad conversionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli canonicorum post factam in eodem loco professionem fas sit absque præpositi sui licentia de eodem discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat ipsis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitatí fratrum paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus infra clausuras locorum seu grangiarum suarum violentiam, vel rapinam, seu furtum committere, ignem apponere, hominem capere, vel interficere audeat. Sepulturam præterea ipsius loci tam ad opus fratrum, quam familiæ peregrinorum, seu hospitium inibi decadentium, nisi forte excommunicati fuerint, vel interdicti, liberam esse decernimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præstatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, et a sacratis-

A simo corpore ac sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiōni subjaceat. Cunetis autem eidem loco sua jura servantes sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Veronæ per manum Alberti, S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, xii Kal. Maii, indict. iv, Incarnationis Dominie an. 1185, pontificatus vero domni Lucii papæ tertii anno quarto.

CCXXX.

Privilegium pro monasterio S. Mariae Holmecoltrameni.

B

(Veronæ, Apr.-Mai.)

Monasticon Anglic., III

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis illis EVERARDO abbatii monasterii Sanctæ Mariæ de Holmecoltram, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur (quod absit!) sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præstatum monasterium Sanctæ Mariæ de Holmecoltram, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipiūs et præsentis scripti privilegio communimus, in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et sancti Benedicti Regulam atque institutionem Cisterciensem in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea, quacunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium impræsentiarum justa et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium aut aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis

C

D Ex dono illustris Anglorum regis Henrici totam insulam de Holme, in qua præstatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis et omnibus libertatibus, a præfato illustri rege vobis indultis, et ipsius charta confirmatis; grangiam veterem cum omnibus appendiciis suis; grangiam de Ternis cum omnibus appendiciis suis; grangiam de Senile cum omnibus appendiciis suis; grangiam de Rabi, cum omnibus, etc.; grangiam de Arlosk cum omnibus, etc.; et quidquid habetis infra insulam de Holme per rectas divisas suas sicut fuit forestata tempore Henrici regis senioris, et Ranulphi comitis Cestriz; extra insulam de Holme ex dono Cospatricki filii Orni, et Thomæ filii Cospatricki, terram et grangiam de Flemingby cum omnibus pertinentiis

tiis suis, per rectas divisas suas, sicut in eorumdem chartis continetur. Ex dono etiam ejusdem Cospatricki terram de Keltone cum omnibus visamentis suis, sicut in ejusdem charta continetur; libertates insuper ejusdem terræ ex dono Willelmi comitis et Cæcilie comitissæ Alhemarliæ; et ex dono ejusdem comitis et comitissæ forgiam unam in Winnesel cum omnibus necessariis suis, sicut in chartis eorumdem continetur; ex dono Waldevi filii Gamelli terram de Kirkelythore, cum omnibus pertinentiis suis; grangiam etiam et terram in Galwidia quæ dicitur Kirkewinni cum omnibus pertinentiis suis, per divisas suas in charta Rolandi filii Hratridi manifeste decer.....; unam etiam salinam, extra easdem divisas in Latchchidale..... necessariis suis; et pastoram porcis sine pasuagio per omnes silvas infra dominium ejusdem Roiandi, et aisiamenta nemoris in Preston et Latch..... et semi-tas, et aisiamenta portuum: omnia hæc, sicut in charta ipsius Rolandi continentur. In Hybernia quoque quid comes Ricardus, et Hugo de Lacy et alii nobiles pietatis intuitu, vobis et domui vestrae contulerunt et suis chartis munierunt, nihilominus vobis auctoritate apostolica confirmamus.

Inhibemus etiam ne tetras, seu quolibet beneficium ecclesiæ vestræ collatum liceat alicui personaliter dare, sive aliquo modo alienare, sine consensu totius capitulo aut majoris et sanioris partis. Si quæ vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est, factæ fuerint, eas irritas esse censemus.

Antiquas præterea et rationabiles ac regulares monasterii vestri consuetudines hactenus observatas, ratas habemus et eas futuris temporibus illibatas permanere censemus. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum, sive de piscationibus vestris, ubiquecumque fuerint in aquis salsis vel fluminibus, nullus a vobis decimas extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, et sæculo fugientes liberos et absolutos, ad conversionem recipere, et in vestro monasterio sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratribus vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit, absque abbatis sui licentia de eodem discedere; discedentem vero absque communione litterarum cautione nullus audeat retinere. Inhibemus etiam auctoritate apostolica ne quis præsumat monasterium vestrum novis exactionibus aggravare. Paci quoque et tranquillitatí vestræ paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra ambitum monasterii vestri et clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam sive sursum committere, aut ignem apponere, seu hominem capere, vel interficere aliquo modo præsumat. Ad hæc autem adjicimus ne aliquis frater sive conversus sub professione vestræ domus astrictus, sine consensu et licentia abbatis et majoris partis capitulo

A vestri, pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra, pretium capituli sui prædicta constitutum, propter manifestam domus vestræ utilitatem. Quod si facere forte præsumperit, non teat eatur conventus, sine cuius licentia et consensu hoc exegerat, pro eis aliquatenus respondere.

Præterea licitum sit vobis in causis vestris fratres vestros idoneos ad testificandum adducere, atque ipsorum testimonio, si rectum fuerit, et propulsare violentiam et justitiam vindicare. Pro oleo sancto, consecrationibus altarium vel ecclesiarum, ordinationibus monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, sive abbate deducendo ad se-dem, vel quibuslibet aliis sacramentis, nullus a vobis, aut sub contentu consuetudinis aut quolibet alio modo quidquid audeat postulare.

Statuimus etiam ne episopi vel alia persona sacerdotalis seu alterius ordinis regularem et canonicam abbatis vestri electionem unquam impeditat, nec deponendo eo qui pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis et auctoritatem privilegiorum vestrorum, se nullatenus intromittat. Præterea si episcopus in ejus parochia domus vestra fundata est, tertio cum humilitate et devotione, sicut convenit, requisitus, abbatem vestrum, cum substitutus fuerit, benedicere forte noluerit, licet eidem abbati, si presbyter fuerit, proprios novitos benedicere, et alia quæ ad officium illud pertinent exercere, et donec idem episcopus duritiam recognitet et benedicendum abbatem benedicere non resuset.

Decernimus ergo ut nulli omnino homini:uni liceat præstatum monasterium temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesanæ episopi canonica justitia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, etc.

Datus, etc., viii Maii, anno Domini 1185, pontificatus vero domini Lucii papæ tert. i anno quarto.

CCXXXI.

[*Hartwigo II*] archiepiscopo Hamburgensi significat se inobedientes Duciæ, Sueciæ, Norwegiæ episcopos propter tumultuosum regnorum illorum statum evocare distulisse.

(Veronæ, Maii 4.)
[*LAPPENBERG, Hamburg. Urkund.*, I, 238.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri Bremensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuntius quem apud apostolicam sedem dimiseras, ut citaremus episcopos per Daciam, Suetiam et Norwegiam constitutos ad respondendum de obedientia quam Ecclesiæ tuæ subt axisse dicantur, plurimum institisset, non est visum nobis aut fratribus nostris quod in tanta turbatione, quanta nunc in prædictis esse regnis asseritur, et in novi-

tate tua ejus satisfaceré instantiae deberemus. Tu A itaque, considerans quia quod differtur non aufer-
tur, ejus negligentiæ aut minori affectioni, quam
erga te habeamus, nequaquam ascribēs, quod peti-
tionem ipsam distulimus exaudire, sed majorem no-
biscum opportunitatem exspectes, quoniam tempore
opportuno, auctore Deo, libenter tuis intendemus
commodis et bonori.

Datum Veronæ, iv Nonas Maii.

CCXXXII.

*Pririlegia pro monasterio SS. Petri et Viti Cala-
venensi.*

(Veronæ, Jun. 13.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, V, 803.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis SIMEONI abbati monasterii SS. Petri et Viti de Calavena, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Pia postulatio, etc. communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam in eodem monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona quæ idem monasterium in presentiarum, juste et canonicæ possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fide- lium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis du-
ximus exprimenda vocabulis.

Locum ipsum in quo præsumumus monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; capellam Sancti Faustini in castro Veronen., capellam S. Ambrosii in curia Mezzane, et cum rivo, et molendinis, et omnibus aliis suis pertinentiis, et capellam S. Nicolai in Colonia cum omnibus pertinentiis suis; capellam S. Andreæ sitam in Illasio cum omnibus pertinentiis suis; capellam S. Vitalis sitam in Cuculo cum omnibus pertinentiis suis; curtem Coculi cum districto, et aliis pertinentiis suis. Quidquid juris et proprietatis habetis in curte Treniaci, et Marremici, Centuli, Casali et Cusnani; curiam Cosparini cum decimis, et aliis pertinentiis suis, et quidquid juris et proprietatis habetis in curia Illasii, et in curia Coloniæ, et Calderii, Porcili, Capitis Alponis, Sancti Joannis Adrovicæ, Mezzanæ, Trezzolani, Colonæ et Cavalloni: ecclesiam S. Mariæ in Insula Veronæ; decimas Cosparini, Soretti et Cesolini, decimas Calderii, et decimas quindecim capitum Casalvini in Treniaco Caseri et Cusnani; decimas Coculi, et decimas Cerredi, et deinde superius decimas totius alodii monasterii vestri. Sicut has decimas canonicæ possidetis, vobis, et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus. Sane novalium ve- strorum, quæ propriis manibus vel sumptibus coliti, sive de nutrimentis animalium vestrum nul-

A lus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat, licetque vobis clericos et laicos, e saeculo fu- gientes, liberos, solutos ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Pro- hibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit absque abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtenu- tu, de eodem loco discedere; discedentem vero sine communium litterarum cautione nullus audeat re- tinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis, clausis januis, non pulsatis cam- panis, exclusis excommunicatis et interdictis, sup- pressa voce divina officia celebrare. Decimas vero de propriis laboribus, seu etiam redditibus a vobis exigere vel accipere clericorum nemo præsumat: compositionem quoque quæ inter vos et plehem de Cavalena super quibusdam decimis intercessit, sic- ut hinc inde recepta est et in scripturis publicis continetur, auctoritate apostolica confirmamus. Se- pulcram præterea ipsius monasterii liberam esse decernimus, ut corum devotioni et extremæ volun- tati qui se illic sepelire deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamè justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quomodolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præpogatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii san- toris secundum Dei timorem, et B. Benedicti regu- lam providerint eligendum.

C Decernimus ergo, etc., salva sedis apostolicæ auctoritate, et diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur, etc.

Ego Lucius Catholice Ecclesiæ episcopus

Ego Theodinus Portuensis et S. Rufinæ sedis episc.

Ego Henricus Albanensis episc.

Theobaldus Ostiensis, et Velletrensis episc.

Ego Joannes presbyter card. tit. S. Marci.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ Transtib.

Ego Pandulphus presb. card. tit. XII Apost.

Ego Albinus presb. card. tit. S. Crucis in Jeru-
salem.

Ego Melior presb card. SS. Joannis et Pauli tit.
Pamachii.

Ego Adelardus tit. S. Marcelli presb. card.

Ego Ardicio diac. card. S. Theodori.

Ego Soffredus S. Mariæ in Via Lata diac. card.

Ego Rolandus S. Mariæ in Porticu diac. card.

Ego Petrus S. Nicolai in Carcere diac. card.

Ego Pandulphus S. Georgii ad Velum & Aureum diac. card.

Datum Veronæ, per manum Alberti S. R. E. presb. card. et cancellar., Idibus Junii, indict. III, Incarnationis Dominicæ anno 1185, pontif. vero D. Luci tertii PP. anno IV.

CCXXXIII.

Compositionem factam inter [Joannem] Gratiano-

*politanum episcopum et [Hugonem] ducem Burgun- A
dicē confirmat.*

(Veronæ, Jun. 13.)

[*Histoire du Dauphiné*, I, Preuv., 182.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Gratianopolitano episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Relatum est nobis ex parte tua, quod cum nobilis vir dux Burgundia contra te super terra de Plana et quibusdam molendinis et multis aliis controversiam suscitasset, inter vos tandem super omnibus amicabilis compositione intercessit, quæ religione jurisjurandi et scripto publico dicitur roborata. Ut igitur inconcussam habeat imposterum firmitatem, eamdem compositionem, sicut de assensu partium facta est et recepta, et in scripto publico continetur, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, Idus Junii.

CCXXXIV.

Hebdomadaris Ecclesiae Spinalensis redditus quosdam asserit.

(Veronæ, Jun. 18.)

{D. CALMET, *Histoire de Lorraine*, II, Preuv., pag. 389.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis STEPHANO, BALDAMO, DOMINICO, GARINO, hebdomadaris Spinalensis Ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos faciem præbere consensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente completere. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, redditus ad sustentationem vestram a dilecta in Christo filia nostra abbatissa Spinalensi vobis canonice et integre assignatos, et a Petro Tullensi episcopo confirmatos, sicut eos juste et pacifice possidetis, et in scriptis bonæ memorie quondam Stephani et Petri episcoporum et ipsius abbatissæ authenticis continetur, vobis quatuor et successo iib⁹ vestris auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, xiv Kal. Julii.

(36) Cette charte, datée de 1182, se trouve cart. B. de Saint-Remi, p. 57. Elle ne contient rien que ne reproduise la bulle de Lucius III.

CCXXXV.
Privilegium pro parthenone-Spinalensi.

(Veronæ, Juu. 19.)

[*Ibid.*]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus SIBYLLE abbatissæ et conventui Spinalensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea quæ ad divini cultus observantiam pertinent, de pontificum rationali providentia constituta, nulla debent præsumptione mutari, et ut majorem habent firmitatem, apostolico sunt munimine confirmanda. Quapropter vestris justis postulationibus annuentes, constitutionem quam bonæ memorie Stephanus Metensis episcopus fecisse dicitur, et B scripto proprio confirmasse, videlicet ut in ecclesia vestra quatuor hebdomadarii maturæ aetatis, et conversationis honeste, jugiter sua vice deserviant, apostolica auctoritate confirmamus; litteris præsentibus statuentes ut quod de præbendis eorum provida jam pridem soit deliberatione dispositum, et hactenus observatum, inviolabiliter observeretur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis et constitutionis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, xiii Kal. Julii.

CCXXXVI.

Privilegium de libertate burgi S. Remigii ab archiepiscopo concessa et quod homines ejusdem burgi capi non debent Remis et de mercatis.

(Veronæ, Jul. 5.)

[VARIN, *Archives admin. de Reims*, I, 1, 404.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis SIMONI abbati et conventui S. Remigii, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex tenore authentici scripti (36) venerabilis fratris nostri W. Remensis archiepiscopi, cardinalis S. Sabinae et apostolicae sedis legati, nobis innuit quod ipse, Domino inspirante, vestræ et omnium vestrorum tranquillitatæ et paci prospiciens in futurum libertates et consuetudines vestras, census etiam, hannum, justitiam, sextellarium, mercata sextæ feriæ et diei Dominicæ, furnos atque molendina, et alia quæ hactenus habuistis, scripto proprio confirmavit, instituens ut homines vestri vel alii in burgo vestro manentes, Remis pro causis vel aliis quibuslibet negotiis euntes vel redeentes, continua securitate latentur, nec ipsi vel res eorum a præpositis vel officialibus ejus, vel ab aliis quibuslibet, capi debeant aut teneri, quandiu sub examine vestro voluerint justitiam exhibere, nisi forte in præsenti forisfacto fuerint deprehensi. Unde nos factum ejusdem archiepiscopi ratum habentes, præscriptam libertatem et alia quæ vobis sunt ab eoder.

archiepiscopo rationabili provisione concessa, sic-
ut in authentico ipsius archiepiscopi scripto ple-
nius continetur devotioni vestræ auctoritate aposto-
lica confirmamus.

Decernimus ergo, etc.

Datum Veronæ, iii Non. Julii.

CCXXXVII.

Sententiam ab episcopo Torcellano et priore Charitatis delegatis apost. latam pro monasterio S. Salvatoris approbat.

(Veronæ, Jul. 13.)

[CORNELIUS, Eccl. Venet., t. XIV, p. 411.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filii G. priori et canonicis S. Salvatoris de Vene-
tiis salutem et apostolicam benedictionem.

Ea quæ judicio vel concordia finiuntur, firma de-
bent et illibata manere, et ne processu temporis per
alicujus malitia inmutentur, litterarum.... no-
stroque præsidio communiri, cum autem inter vos
et Jo. Premarinum plebanum S. Bartholomæi su-
per quibusdam parochianis controversia fuerit ali-
quandiu agitata, tandem venerabilis frater noster
Torcellanus... episcopus et dilectus filius... prior
S. Mariae de Charitate quibus causa ipsa fuit c' e
apostolico mandato commissa, auditis rationibus
et allegationibus hinc inde propositis, diffinitam
sententiam terminarunt. Nos igitur eamdem sen-
tentiam sicut rationabiliter lata est, auctoritate
apostolica confirmamus et præsentis scripti patro-
cinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam
nostræ confirmationis infringere vel ei ausu teme-
rario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-
sumperit, indignationem omnipotentis Dei, et bea-
torum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Veronæ, iii Idus Julii.

CCXXXVIII.

*Bona et privilegia canobii Admontensis confirmat, et
nova de electionibus abbatissarum et aliorum mo-
nasteriorum regimine superaddit.*

(Veronæ, Jul. 22.)

[PEZ, Thesaurus, III, iii, 671.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filii ISENRCO abbati monasterii S. Blasii, quod Ad-
mont dicuntur, ejusque fratribus tam præsentibus
quam futuris, regularem vitam professis in perpe-
tuum.

Officii nostri nos admonet et invitat auctoritas
pro Ecclesiarum statu satagere, et eorum quieti ac
tranquillitati salubriter, auxiliante Domino, provi-
dere. Dignum namque et honestati conveniens esse
dignoscitur, ut qui ad earum regimen, Domino
disponente, assumpti sumus, eas a prævorum ho-
minum nequitii tueamur, et B. Petri atque aposto-
licæ sedis patrocinio muniamus. Quapropter, di-
lecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Al-
berti archiepiscopi vestri, ac vestris justis postula-
tionibus clementer annuimus, et præfatum mona-

A sterium, in quo divino mancipati estis obsequio,
prædecessorum nostrorum bonæ memorie Pascha-
lis, Innocentii, Lucii, Alexandri, Romanorum pon-
tificum, vestigiis inhærentes, sub B. Petri et nostra
protectione suscipimus et præsenlis scripti privile-
gio communimus, statuentes ut quascunque pos-
sessions, quæcunque bona idem monasterium in-
præsentiarum juste et canonice possidet, aut in fu-
turum concessionem pontificum, largitione regum vel
principum, oblatione fidelium seu aliis justis mo-
dis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis
vestrisque successoribus et illibata permaneant.
In quibus hæc propriis duximus exprimenda voca-
bulis :

(*Hic enumerantur bona nt in bulla Alexandri III, data
an. 1170, Febr. 4 [37].*)

..... Nec episcopo, nec abbati ipsi, nec personæ
aliqui facultas sit bona e' usdem cœnobii in feudum
sive beneficium aliquibus dare, nec modis aliis alienare. Sane sepulturam ipsius loci liberam esse cen-
semus, ut qui se illic sepeliri desideraverint, nisi
excommunicati sint vel interdicti, extremæ voluntati
eorum nullus obsistat, salva justitia matricis Ecclesiæ. Laicos sive clericos sacerulares ad conver-
sionem suscipere, vel etiam ab aliis monasteriis
personas arctioris vita desiderio, seu alia certa et
rationabili causa ad vos venientes nullius episcopi,
abbatis, vel præpositi vos inhibeat contradicatio.
Prohibemus quoque ut nulli fratum post factam
C professionem, absque abbatis totiusque congrega-
tionis permissione, liceat ex eodem claustru disce-
dere; discedentem vero absque communium litera-
rum cautione nullus audeat retruere.

Sane novarium vestrorum, quæ propriis manibus
aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestro-
rum animalium, nullus a vobis decimas præsumat
exigere. Nulli quoque liceat monasterio angarias,
vel alias novas exactiones monasticæ quieti et reli-
gioni contrarias imponere. Quæcunque etiam di-
lectissimus filius noster Fridericus Romanorum
imp. Augustus, imperialis edicti vigore vobis indul-
sit et privilegio confirmavit, et nos auctoritate apo-
stolica confirmamus. In parochialibus vero ecclesiis,
sive capellis, quas tenetis, liceat vobis sacer-
dotes eligere et episcopo præsentare, quibus si ido-
nei fuerint, episcopus animarum curam committat,
ut de plebis cura quidem episcopo, vobis autem de
temporalibus debeant respondere.

Præterea apostolica auctoritate statuimus ut in
monasteriis monialium quæ vestro regimini com-
missa noscuntur, decadentibus abbatissis, alia cum
consilio et assensu abbatis et fratum, qui eis ne-
cessaria provident, communiter a sororibus eligan-
tur, aut electis celebra abbati representetur, ut
suo assensu et favore episcopis, in quorum episco-
patibus permanent, postmodum debeat præsentari
confirmando, vel improbanda. Sane si consilio et

(37) Vide Patrologia tom. CC.

assensu abbatis et fratum, qui habent illis necessaria providere, electionem moniales non fecerint, aut electio celebrata abbatii tunc vestro representata non fuerit, nulli episcoporum licet personas electas absque illius representatione benedicere, quæ quidem ipsi abbatii vestro obedientiam et subjectio nem promittant. Ad haec presenti decreto sancimus ut alij monasterii non cogamini regimen vel administrationem in perpetuum recipere, nisi plenam facultatem habueritis ipsum monasterium secundum statuta vestri ordinis disponendi pariter et gubernandi. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel pars consilii sanioris, secundum timorem Dei et B. Benedicti Regulam præviderint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet prælatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Salzburgensis archiepiscopi canonica reverentia, cui tamen omnino non licet ei vexationem aliquam vel consuetudinem, quæ regularium quieti noceat, irrogare. Si qua igitur in futuram ecclesiastica sæcularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniurial cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultiō subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Lueius Catholicæ Ecclesiae episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinens. episcopus, Maguntinæ sedis archiepiscopus subscripsi.

Ego Theodwinus Portuensis et S. Rufanæ sedis episc. subscripsi.

Ego Heinricus Albanensis episc. subsc.

Ego Theobaldus Ostiensis et Veleternens. episc. subscripsi.

Ego Joannes tit. S. Marci presbyter card. subscripsi.

Ego Laborans presbyter card. S. Mariæ Transtiberini subscripsi.

Ego Hubertus tit. Laurentii presbyter card. subscripsi.

Ego Pandulfus presbyter card. tit. basilicæ XII Apostolorum subscripsi.

A Ego Albinus tit. S. Crucis in Jerusalem presbyter card. subscripsi.

Ego Adelardus tit. S. Marcelli presbyter card. subscripsi.

Ego Arditio S. Theodori diacon. card. subscripsi.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diacon. card. subscripsi.

Ego Sofredus S. Mariæ in Via Lata diacon. card. subscripsi.

Ego Rolandus S. Mariæ in Porticu diacon. card. subscripsi.

Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano diacon. card. subscripsi.

Ego Radulfus S. Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Datum Veronæ per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii, xi Kal. Aug., indictione iii, Incarnationis Dominicæ anno 1185, pontificatus vero domini Lucii PP. III anno v [iv].

CCXXXIX.

Clericis de Rhodigio significat se delegasse episcopo Patarino causam noræ ecclesie ab ipsis constructæ in præjudicium ecclesiarum S. Jo. Baptista de Costa, subjectæ monasterio S. Cypriani de Muriano.

(Veronæ, Jul. 26.)

[CORNELIU Eccles. Venet., t. X, pars iv, p. 204.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis clericis de Rodigo salutem et apostolicam benedictionem.

Significantem dilecto filio nostro abbate S. Benedicti super Padum cum dilecto filio nostro priore S. Cypriani de Venetiis intelleximus, quod cum decem et octo jam annis elapsis ecclesiam baptismalem in memoriam S. Joannis in villa, quæ Costa dicitur, de licentia bonæ memoriarum V. qu. Adriensi episcopi construxissent, vos in eadem villa post appellationem ad sedem apostolicam interpositam, et denuntiationem novi operis ecclesiam novam construire in detrimentum veteris incœpistis. Ideoque causam venerab. fratri nostro Paduano episcopo committentes, per apostolica scripta mandamus quatenus cum propter hoc fueritis evocati ad ejus præsentiam accedatis, et quod inter vos judicaverit appellatione remota suscipiatis et firmiter observetis.

Datum Veronæ, vii Kal. Aug.

CCXL.

Privilegium pro fratribus ordinis S. Joannis Hierosolimitani.

(Veronæ, Aug. 22.)

[BOSIO, Istoria della mil. di S. Gio., I, 66.]

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis R. magistro et fratribus Hospitalis Hierosolimitani, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto per gratiam Dei obsequio pauperum et solatio infirmorum attentius insudatis et de die in diem proficitis circa opera pietatis extendentes vos ad anteriora, posteriorum oblii, tanto sincerius religionem vestram diligimus, et petitiones vestras, quæ juri con-

veniunt et consonant pietati, facilius debemus et voluntus exaudire, ut eo devotius Regulæ vestræ observantiae insistatis, quo magis eam noveritis a sede apostolica roboratam. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus, et Regulam, quam piæ recordationis Raymundus magister vester de communi consilio et voluntate capituli salubriter ordinavit, et felicis memorie Eugenius papa prædecessor noster, ut accepimus, confirmavit, auctoritate apostolica confirmamus. Fiduciam quidem habemus per Christum ad Deum, ut quemadmodum canonice regularibus beati Augustini Regula concessa est ad salutem, ita vestram custodientes regulam, ad æternæ beatitudinis bravium pertingentis.

Remeilia præterea ad infirmorum curam deliberatione provida constituta, videlicet ut in domo Hospitalis semper quatuor medici et totidem sint chirurgici, ad quorum dispositionem ea quæ in cibarilis aut aliiis infirmis necessaria fuerint, ministrentur, et alia plura quæ in scriptis vestris redigentes utiliter ordinatis, nihilominus approbantes, revocari a quoquam sub interminatione anathematis prohibemus, nisi forte augendo in melius mutarentur.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis et prohibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Theodoninus cardinalis Portuensis et Sanctæ Rufinæ subscripsi.

Ego Henricus cardinalis episcopus Albanensis, subscripsi.

Ego Theobaldus episcopus cardinalis Ostiensis et Velliternus subscripsi.

Ego Joannes presbyter cardinalis tit. Sancti Marci subscripsi.

Ego Laborans presbyter cardinalis S. Mariæ Transtiberini tit. Calixti subscripsi.

Ego Pandulphus presbyt. card. basilicæ Duodecim Apostolorum subscripsi.

Ego Albinus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem subscripsi.

Ego Melior presb. card. SS. Joannis et Pauli tit. Pammachii subscripsi.

Ego Adelardus presb. cardinalis tituli S. Marcelli subscripsi.

Ego Ardicio diac. card. S. Theodori subscripsi.

Ego Gratianus diac. card. SS. Cosmæ et Damiani subscripti.

Ego Gofredus diacon. cardinalis S. Mariæ in Via Lata subscripsi.

Ego Rolandus diac. card. S. Mariæ in Porticu subscripsi.

A Ego Petrus diacon. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano subscripsi.

Ego Rainerius diacon. card. S. Georgii in Velabro subscripsi.

Datum Veronæ per manus Alberti, sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalis, xi Kalendas Septembbris, indictione iv, Incarnationis Dominice anno 1485, pontificatus vero domni Alexandri pape III anne-

quarto.

CCXLI.

Privilegium pro monasterio Burthonensi.

(Veronæ, Sept. 3.)

[*Monasticon Anglicanum*, tom. I, p. 270.]

B Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis RICHARDO abbati monasterii de Burthonia, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequenie compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfatum monasterium de Burthona in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Domini et beati Benedicti Regulam in eodem monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impræsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concesione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fideliū, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis :

C Locum ipsum in quo idem monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis; villam de Burthonia cum ecclesiis et omnibus appendiciis suis, villam de Branteston, Sobenthal, terram de Tatenthille, Horniglawe, Stratton, Withmere, Ansdelega; villam de Winesbult, Bersicote, Lichenhale; villam de Stapenhulle, Appelby, Adulfestre, Caldewell; terram de Wulfricheston; villam de Derlabeston cum omnibus pertinentiis suis; villam de Bromlega cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis; villam de Felda et villam de Lega cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis, ex dono Wulfrici Spotti vestro ecclesiæ fundatoris. Ex donatione bonæ memorie Willielmi regis Angliæ, villam de Offra cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis; villam de Parva Offra cum capella; Findernam cum capella; Pothiac cum capella, villam de Wilentona cum ecclesia; ecclesiam Sanctæ Mariæ de Derbeya cum duabus moleculinis, et terram in eadem villa; terram de Ilanofra. Ex donatione quoque prædicti Mulfrici Spotti, Plum cum ecclesia et omnibus appendiciis suis; Acoftam cum capella; Cathesturne et capellam de Blora cum

pertinentiis suis; capellam de Grendona cum per-tinentiis suis; capellam de Caldfona, capellam de Scona cum tota decima; decimam de Lintona de terra illa quæ pertinet ad feudum de Caldewella cum tota decima, totam etiam decimam de Truelga, decimam de Molidepe, decimam de Waterfale, de parte illa quæ vocatur Haselbache cum tertia garba de alia parte; terrani quam habetis in Staffordia, decimam de Neutuna, terram de Hamtona, ecclesiam de Stapenhull cum omnibus pertinentiis suis, decimam videlicet de Drachelaw cum capella, capellam de Hescote cum tota decima, capellam de Nova Aula cum tota decima, et totam decimam de Stanton.

Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e sæculo fugientes, liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratribus vestrorum, post factam in monasterio vestro professionem, fas sit de ipso absque abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, discedere; discedentem vero sine communione litterarum cautione nullus audeat retinere. In parochialibus vero ecclesiis quas habetis, licet vobis clericos vel sacerdotes eligere, et diocesano episcopo præsentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus curami animarum committat, et ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Chrisma quoque, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi a diocesano episcopo vobis sine pravitate aliqua præcipimus exhiberi. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clavis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque illius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Prohibemus etiam ut nullus archiepiscopus vel episcopus, aut eorum officialis in vos vel ecclesiam vestrarum excommunicationis, vel suspensionis aut interdicti sententiam, sine manifesta et rationabili causa promulgare præsumat, vel novas aut indebitas exactiones imponat. Libertates insuper et immunitates, ac rationabiles consuetudines in ecclesia vestrâ hactenus observatas, ratae habentur, easque futuri temporibus illibatas volumus permanere.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium tenere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omni-

A modis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate et diocesani canonica justitia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerularis persona, etc.

Ego Joannes presbyter cardinalis tituli Sancti Marci subscribo, etc.

Data Veronæ per manum Hugonis, sanctæ Romanae Ecclesie notarii, in Non. Septembri, indictione III, Incarnationis Dominice anno 1185, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno quarto.

CCXLII.

Privilegium pro canonice Ecclesiae Spinalensis.
(Veronæ, Oct. 17.)

[D. CALMET, *Hist. de Lorraine*, II, Pr., p. 390.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonice Ecclesiae Spinalensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Sacrosancta Romana Ecclesia devotos et humiles filios ex assuetæ pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, tanquam pia mater, suæ protectionis munimine conseruere. Quapropter, electi in Domino filii, devotionem quam erga beatum Petrum et nos ipsos habere noscimus attendentes, prædictam ecclesiam nostram in qua providentia venerabilis fratris nostri B. [Bertranni] Metensis episcopi, divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut liceat vobis personas e sæculo fugientes, liberas et absolutas ad conversionem recipere, et sine contradictione aliqua retinere; sepulturamque ipsius loci liberam esse decernimus, et eorum devotioni et extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Adjacentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut diocesanus episcopus ad synodum suam vos accedere non compellat, nisi in diœcesi ejus ecclesiam habeatis, vel tales excessus in vobis appareant, quod decanus vester nec possit nec debeat emendare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam protectionis, constitutionis et prohibitionis nostræ infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Veronæ, xvii Kal. Novemb.

CCXLIII.

Privilegium pro Ecclesia Bellunensi.

(Veronæ, Oct. 18.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, V, 153.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GERARDO Bellunensis Ecclesiae electo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Quoties a nobis petitur quod religioni et honestati conveniens dignoscitur, animo nos decet lu-

benti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecte in Domino illi, tuis justis petitionibus clementer annuimus, et Bellunensem Ecclesiam, cui Deo auctore praesesse dignosceris, sub beati Petri et nostra potestate suscipimus, et praesentis scripti privilegio communius: in primis siquidem statuentes ut nulli laico de terris, quas in tua vel Cenetenensi diecesi excollis, sive de animalium nutrimentis, a te vel successoribus tuis decimas liceat extorquere. Decimas etiam novalium in tuo epis opatu, et curia Opitergii laboribus tuis sumptibusve cultorum concedimus te habere. Prohibemus insuper ut nulli contra voluntatem tuam liceat Ecclesiae tuæ famulos recipere, vel retinere. Præterea quaecunque possessiones, quæcumque bona impraesentiarum juste et canonice possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocalibus:

Plebem S. Petri de Mussolento cum capellis, et castro, et pertinentiis suis, tam in spiritualibus quam temporalibus. Plebem S. Gregorii cum capellis suis, capellam S. Petri de Tuba, capellam S. Crucis, civitate in curia et dominio tam spiritualibus quam in temporalibus, et cum Anta, quæ est juxta civitatem. Castrum de Castellione cum plebe et capellis suis et curte, et pertinentiis suis; castrum de Medone; castrum de Agorde cum comitatu, et cum monte de Falcata, et aliis pertinentiis suis. Mediætatem castri de Zumellis, et jus ordinationis quod habes in capella ipsius castri, et in cortis ipsius; castrum S. Georgii cum pertinentiis suis. Plebem de Cadula cum capellis suis. Pontem de Polpecho cum ripa, et pedagiis suis. Plebem S. Mariæ de Alpago cum capellis suis, et comitatum cum dualibus decimis, quæ sunt in eodem comitatu. Castellum de Pucenico cum comitatu terminante per montis summitem Petre Cise, et per montem, qui dicitur Crux ferrea, et summitem montis Caballi. Campum Silium inter eosdem confines, et silvam cum decimis et pertinentiis suis. Plebem S. Floriani de Zaudo cum capellis suis, et comitatum cum jurisdictione, et districtu in pertinentiis ipsius Zaudi. Districtum, et ordinationem castri de Lavatio. Montem Farræ cum decimis suis. Silvam Canalis S. Crucis a Levina Leverada respiciente ad Ecclesiam S. Crucis cum decimis et pertinentiis suis. Curtem de Fregona cum castris de Carone, cum capella S. Justi, et capellam S. Martini cum domino et pertinentiis ejusdem. Villam de Pinedo. Castrum de Opitergio cum curte, et villis, et campanis suis. Capellam S. Blasii, S. Petri, S. Martini, et S. Mariæ cum alia capella, et campana, quæ omnes dicuntur esse in pertinentiis castri de Opitergio. Jus ordinationis carumdem in plebe S. Joannæ de Opitergio; et capellæ curtis Franconis, et

A Livellaticum aliarum ecclesiarum, et ordinationum earumdem in pertinentiis Opitergii; curtem et castra de Soligo cum villis, et pertinentiis suis; curtem de Cendone cum capellis ipsis.

Auctoritate quoque apostolica nihilominus duximus prohibendum, ne ullus advocatus, vel minister ejus Ecclesiam tuam, vel quæ ad eam pertinent, gravare, seu quibuslibet indebitis exactiobibus fatigare præsumat. Prohibemus insuper ut infra fines parochie tuæ nullus sine tuo assensu capellani, seu oratorium de novo construere audiat: salvis privilegiis Romanorum pontificum. Praeterea novas et indebitas exactiones a patriarchis, episcopis, aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis tibi sive ministris tuis ecclesiasticis, secularibusve hominibus, vel rebus tuis imponi auctoritate apostolica prohibemus. Ad haec libertates et immunitates a regibus et principibus, et ab aliis personis iam ecclesiasticis quam mundanis eidem concessas Ecclesiae, et antiquas et rationabiles consuetudines, integras illibatasque inanere præsenti decreto sancimus. Inhibemus etiam ne interdictos ac excommunicatos tuos ad officium, et ad communionem ecclesiasticam admittere quisquam sine congrua satisfactione præsumat. Obiiente vero te nunc ejusdem Ecclesiae electo, vel tuorum quolibet successorum, nullus qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem canonici ejusdem Ecclesiae communi consensu, vel pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et sanctorum Patrum institutionem providerint eligendum.

Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum licet præfata Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minucre, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, salva sedis apostolicæ auctoritate, et Aquileiensis Ecclesiae debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona, etc.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et Sanctæ Rufinae episcopus.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis episcopus.

Ego Joannes presb. card. tit. Sanctæ Mariæ Transtib.

Ego Laborans presb. card. tit. S. Marci.

Ego Ubertus tit. S. Laurentii in Damaso presb. card.

Ego Pandulfus presb. card. tit. SS. Joan. et Pauli.

Ego Adelardus tit. Sancti Marcelli presbyter card.

Ego Melior presb. card. tit. SS. XII Apostolorum.

Ego Albinus tit. S. Crucis presb. card.

Ego Ardicus, diac. card.

Ego Balodus Sancte Marie in Porticu diac. card. A
Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano diac.
card.

Ego Rodulphus S. Georgii ad Vulum Aureum
diac. card.

Datum Veronæ per manum Alberti S. R. E.
presb. card. et cancell., xv Kal. Novembris, indict.
iv, anno Dominicæ Incarnationis 1185, pontificatus
vero D. Lucii papæ III anno v.

CCXLIV.

*Ecclesias S. Mariæ Garzensis tutelum suscipit bona-
que et jura confirmat.*

(Veronæ, Nov.)

[Monumenta Boica, t. I, p. 61.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis
aliis BERTHOLDO, ecclesiae S. Mariæ in Garze præ-
posito, ejusque fratribus, tam presentibus quam
futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Quoties a nobis petitur quod religio et honestati
convenire dignoscitur animo nos decet libenti
concedere et potentium desideriis congruum suffragium
impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii,
vestris justis postulationibus clementer an-
nuimus, et præstatam ecclesiam S. Mariæ in Garze,
in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Pe-
tri et nostra protectione suscipimus, et presentis
scripti privilegio communimus; statuentes ut
quascunque possessiones, quæcumque bona eadem
ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet,
aut in futurum concessionem pontificum, largitione
regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis
justis modis, præstante Domino, poterit adipisci,
firma vobis vestrisque successoribus et illibata
permaneant. In quibus hæc propriis duximus ex-
primenda vocabulis:

Omnes decimæ parochiæ vestræ, in qua monaste-
rium vestrum consistit et aliæ decimæ, quas sive in
episcopatu Salzburgensi, sive in episcopatu Frisingensi,
ecclesia vestra juste et legitime possidet. Omnes
etiam decimæ de novalibus Garzensis foresti
inter Bramberg et Hollenstein nec non et silvam
Aichenawæ, quam Conradus archiepiscopus senior
ecclesiæ vestræ contulit. Capellam quoque Burthen
cum dotibus et decimis, quam ejusdem loci præ-
positi habuerunt, nos in communeum usum fratrum
regularium ibidem Deo servientium confirmamus.
Prædia etiam omnia, quæ Auram de Isene eccle-
siæ vestræ contulit cum capella in eodem prædio
Isene sita, quam Conradus Salzburgensis Ecclesiæ
archiepiscopus petitione ipsius Auram cum omni-
bus ad eam pertinentibus ecclesiæ vestræ tradidit
et confirmavit; præmium etiam Bettenhaim cum
capella in eo sita, et alias capellas ad vestræ ec-
clesiæ jus pertinentes. In episcopatu quoque Fri-
singensi, capellas in fundo vestræ ecclesiæ sitas
Sewen, et Pennanigen cum decimis, quas præpositi
ejusdem ecclesiæ coram Ottone Frisingensi epi-
scopo juste et legitime ecclesiam vestram possidere
comprobaverunt, nqs confirmamus.

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus
sumptibus aut colitis, sive de nutrimentis animalium
vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extor-
quere præsumat. Liceat quoque vobis clericos et
laicos e sæculo fugientes, liberos et absolutos absque
alicujus contradictione ad conversionem recipere,
et in vestra ecclesia retinere.

Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum
post factam in eodem loco professionem sine præ-
positi sui licentia, nisi arctioris religionis obtenu-
fas sit de claustru discedere; discedentem vero
absque communium litterarum cautione nullus au-
deat retinere.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit,
B liceat vobis, januis clausis, non pulsatis campanis,
exclusis excommunicatis et interdictis, submissa
voce divina officia celebrare. In parochialibus in-
super ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis sacerdotes
eligere, et diocesanu episcopo præsentare, quibus, si
idonei fuerint, episcopus curam animarum com-
mittat, ut ei de spiritualibus, vobis vero de tem-
poralibus debeant respondere. Porro advocationum
ecclesiæ vestræ, si male se gesserit, liceat vobis
sine contradictione qualibet facere ab ipso mo-
nasterio alienum, et loco ejus alium idoneum, si
necesse fuerit, subrogare. Obeunte vero te nunc
ejusdem loci præposito, vel tuorum quoilibet suc-
cessorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia
seu violentia præponatur, nisi quem fratres com-
muni consensu, vel fratrum pars consilii sanioris se-
cundum Deum et B. Augustini regulam providerint
eligendum. Præterea sepulturam ipsius loci liberam
esse decernimus, ut corum devotioni et extreme
voluntati, qui se illie sepeliri deliberaverint, nisi
forte excommunicati vel interdicti sint, nullus
obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum
a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat
ecclesiam vestram temere perturbare, aut ejus pos-
sessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu
quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integ-
ra conserventur eorum, pro quorum gubernatione
concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva
D sedis apostolicæ auctoritate, et diocesanu episcopi
canonica justitia. Si qua igitur in futurum eccl-
esiastica sæcularisve persona, etc.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodinus Portuensis et Sancti Rustici sedis
episcopus.

Ego Henricus Albanensis episc.

Ego Theobaldus Ostiensis et Velet. episc.

Ego Joannes presb. card. tit. S. Marci.

Ego Laborans presb. card. S. Mariæ Trans tibe-
rim. tit. Calixti. :

Ego Pandulfus presb. card. tit. XII Apostol.

Ego Hubertus tit. S. Laurentii in Damaso Rom.
Ecclesiæ cardinalis.

Ego Albinus tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Melior presb. card. SS. Joann. et Pauli tit. A insuper ne interdictos vel excommunicatos tuos ad officium aut communionem ecclesiasticam, sine conscientia vel consensu tuo quisque admittat, vel contra sententiam tuam canonice promulgatam aliquis venire presumat, nisi forte periculum mortis immineat, ut, dum presentiam tuam habere nequierint, per alium secundum formam Ecclesie, satisfactione praemissa, oporteat ligatum absolvit.

Ego Adelardus tit. S. Marcelli presb. card.

Ego Arditio diac. card. S. Theodori.

Ego Gratianus SS. Cosmæ et Damiani diac. card.

Ego Goffredus Sanctæ Mariæ in Via Lata diac. cardin.

Ego Rollo Sanctæ Mariæ in Porticu diac. cardin.

Ego Petrus diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Adulphus S. Georgii ad Vellum Aureum diac. card.

Datum Veronæ per manum Alberti, S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardin. et cancellarii... Novemb., indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1185, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno iv.

CCXLV.

Ecclesiæ Upsaliensis protectionem suscipit, et possessiones juraque confirmat, petente Joanne archiepiscopo.

(Verona, Nov. 5.)

[*LILJEGREN, Diplomaticum Suecicum*, t. I, p. 119.]

LUCIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri Joanni Upsalensi archiepiscopo ejusque successoribus canonice substituendis in P. P. M.

Ex injuncto nobis apostolatus officio fratres et coepiscopos nostros, tam vicinos quam longe positos, sincero charitatis affectu debemus diligere, et Ecclesiis in quibus Domino militare noscuntur suam dignitatem et justitiam conservare. Eapropter, venerabilis in Domino frater, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Upsalensem Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimur; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, ollatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

Mansionem in Upsalia cum pertinentiis suis, Ramby cum pertinentiis suis, Collem cum appendicibus suis, Liusabec cum pertinentiis suis. Piscationes in Elwa Karlaby cum attinentiis suis, et mansionem in Munseo cum pertinentiis suis. Libertates et immunitates a regibus et personis aliis rationabiliter ecclesiæ vestræ, tam in colonis quam in aliis indultas, ratas habemus, et eas perpetuis temporibus illibatas permanere sancimus. Statuimus insuper, et sub intermissione anathematis inhibemus, ne, vacante ecclesia tua, res ejus diripere, aut eam quomodolibet perturbare vel archiepiscopi electionem canonicam impedire, quæcunque persona damnabili temeritate præsumat. Prohibemus

B

ad officium aut communionem ecclesiasticam, sine conscientia vel consensu tuo quisque admittat, vel contra sententiam tuam canonice promulgatam aliquis venire presumat, nisi forte periculum mortis immineat, ut, dum presentiam tuam habere nequierint, per alium secundum formam Ecclesie, satisfactione praemissa, oporteat ligatum absolvit.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfata Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sacerdotalis persona, etc.

Ego Theodinus Portuensis et S. Rustinæ sedis episcopus ss.

Ego Henricus Albanensis episcopus ss.

Ego Theobaldus Ostiensis et Velletriensis episcopus ss.

Ego Joannes tit. Sancti Marci presbyter cardinalis ss.

Ego Laborans, presbyter cardinalis, S. Mariae Transyberim, tit. Calixti ss.

Ego Pandulfus presbyter cardinalis tit. basilicæ XII Apostolorum ss.

Ego Albertus divina permissione tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis ss.

Ego Melior presbyter cardinalis Sanctorum Joanis et Pauli tit. Pammachii ss.

Ego Adelardus tit. Sancti Marcelli presbyter cardinalis ss.

Ego Arditio diaconus cardinalis Sancti Theodori ss.

Ego Gratianus Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis ss.

Ego Soffredus Sanctæ Mariæ in Via Lata diaconus cardinalis ss.

Ego Rollandus Sanctæ Mariæ in Porticu diaconus cardinalis ss.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Ego Radulfus Sancti Georgii ad Vellum Aureum diaconus cardinalis ss.

Datum Veronæ per manum Alberti, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, Nonis Novembris, indictione quarta, Incarnationis Dominicæ anno 1185, pontificatus vero domini Lucii papæ III anno quinto.

ANNO 1184-1185.

CCXLVI.

Ad Spalatensem archiepiscopum.

(Ex *Mansi, Concil.*, XXII, 482, ut et alia fragmenta quæ sequuntur.)

Verum super eo quod in quarto et quinto gradu

consanguinitatis in provincia tua quidam dicuntur conjuncti propter duritiam populi, matrimonia tali, licet sint contra sacrorum canonum institutionem contracta, sub silentio et dissimulatione poteris præterire.

CCXLVII.

Ad decanum et canonicos Vocestem.

Quia requisistis a nobis utrum ad electionem faciendam procedere debeatis; proponentes quod eam sine assensu regio facere non audetis, si aliter fieri non possit, ad H. dilectum filium nostrum in Christo, regem Angliae, accedentes, ei studiosius insinuetis B. quondam episcopum vestrum perpetuo esse depositum, et ejusdem regis impetrato assensu, in personam honestam, litteratam et idoneam unanimiter conveniatis, et eam in pastorem et episcopum eligatis concorditer, ut ejus providentia et gubernatione ecclesiæ tam in spiritualibus quam in temporalibus grata valeant incrementa provenire.

CCXLVIII.

Ad....

Robertus de Columbellis super ecclesia cujusdam villa de Columbellis contra adversarium suum duplices litteras ad Rothomagen. archidiaconum, et Turonen. judices impetravit, ut si coram Rothomagen. obtinere non valeat archidiaconatum [archidiacomo forte] coram Turonen. judice nocere adversario suo non desistat. Quoniam igitur nou est hujusmodi malitiis indulgendum, præcipimus, C quatenus utræque litteræ viribus carcent, et si quid per eas factum fuerit, irritum habeatur, et vacuum.

CCXLIX.

Ad Cantuariensem archiepiscopum.

Gum te consulente postulas eloceri, utrum ad te pertineat sententia in causis, quas judices in tua provincia delegati a nobis protulerint, confirmare, licet de causis nihil in tua præsentia sit tractatum; consultationi tuæ taliter respondemus, quod, sententiam ipsam, nisi velis, non teneris confirmare, sed id tibi ex offici debito noveris imminere, ut si ad mandatum eorumdem judicum, sententia non possit executioni mandari, eis præstes auxilium et favorem; et ipsam etiam, si noveris rationabiliter latam, poteris confirmare.

CCL.

Ad....

Significavit nobis W. clericus de Cothosinori [Cotessinor], quod cum ecclesiam ipsam canonice sit adeptus, et per xxx annos et amplius in pace possederit, S. clericus, qui pluribus beneficiis ecclesiasticis dicitur abundare, ipsum obtentu quarundam litterarum, quas a sanctæ recordationis Alex.

A papa prædecessore nostro dicitur impetrasse, cum ea occasione, quod illius sit illius, qui proxime in eadem ecclesia ministravit, trahens in causam multipliciter inquietare præsumit. Quia igitur in justum est, et absonum rationi, ut idem W. eadem ecclesia, ex quo in ea per tot tempora dicitur suis, debeat tali occasione privari: dis. per A. s. m. qua. Si quæ præmisimus, veritate noveritis subnixa, ipsum a memorato clero tali occasionis obtentu non dimittatis super ecclesia ipsa aliquatenus molestari, sed faciat eum sicut justum videritis, eam [fuerit, eamdem] pacifice possidere.

CCLI.

Ad Barch. episcopum, et abbatem de Abanden, et priorem S. Fridæ.

Ex conquestione B. clerici.... et infra: Quoniam igitur ea quæ sunt contra Ecclesiæ disciplinam, ratio postulat cincendari: dis. v. per A. s. m. qua. Si quod asseritur, noveritis ratione subniti, præstatum R. a prædicta ecclesia sub. ap. ob. faciat amoveri; et eamdem B. præfato, si idoneus fuerit assignari, non obstantibus litteris nostris pendente ap. a sede ap. impetratis. Si autem R. rationabile impedimentum non ostenderit; quia non sit appellationem interpositam prosecutus, eum iu expensas necessarias ap. re. alteri parti condemnetis.

CCLII.

Ad....

Improba pestis falsitatis, quam falsarii quidam in terra charissimi in Christo filii nostri illustris H. regis Anglorum morantes ad confingendas [al. consignandas, al. confringendas, al. confingentes], litteras publicas invenerunt in communem nosci. ur excrevisse perniciem, ita ut litterarum nostrarum auctoritas in aliquibus locis in quadam dubitatione jam fluctuaret, nisi tantæ presumptionis excessum censura Ecclesiæ querat pariter, et emendet. Unde nos de tua præsertim industria confidentes, executionem rei hujusmodi tibi duximus committendam, per A. s. p. mandantes, quatenus falsarios ipsos qualicunque casu reperire, Deo volente, poteris, si clerici sunt, ab ordine, et beneficio, si quod D habent, absque ulla dilatione, et appellatione privatos, districta facias sub custodia detineri, donec quid de ipsis agendum sit, plenius tibi ex nostra responsione mandetur. Si quos vero laicos deprehenderis inter eos, charissimo in Christo filio nostro R. Anglorum regi tradas illos pro meritis judicandos, ut in judicio videlicet, tam ecclesiastico quam mundano, pestis illa que communiter omnibus perniciosa dignoscitur, cum suis auctoribus condemnetur.